eadem inter se ~~[illegible]~~ adhaerentibus aquam non servet
neque concludunt, si vera et clematitis et per se consistant.
Quid? Quae ab inventore appellationem semper
re cum Achillea, Adonis, Artemisia, Lysimachia
Teucrium, Centaurium, Euphorbium, Valeriana, Eu-
patorium, Asclepias, Gentiana, Paeonia, Tele-
phium, cur per species plures deducimus, atque
eodem nomine designamus? Non genus reperit
inventor, sed speciem; igitur una in eodem ge-
nere ab auctore et suus nomen referatur,
reliqua in~~honora~~ atque innominata secernenda.
Jam vero Medica non proprie appellata quod
a Medis accessit, et Colchicum quoniam apud Colchos
~~[illegible]~~ provenerint. Nos variis itaque Medicis, et Colchicis
aliud nomen inveniendum, reperiuntur n. dicuntur
Medica et Colchica cum in Italia reperiantur.
Si igitur quae ab aliquo principio nomenclaturam
invenere, in discrimen adducuntur, quid de iis
quarum nomina obscura sunt dicamus? Bellis, Car-
duus, Pisum, Lens, Cicer, Linum, Lappa, cur appellata sint?
Sed cur obscura et dubia commemoramus? Me-
lissa unde appellata nomen ab Apibus quae hac sin-
gula delectantur. Thymus itaque, Serpyllum, Cytisus,
Origanum, Rosmarinus, Thymbra, Satureia, Citrea mala
Pistacia, Pyrus, Amygdala, Persica et alia innumera
inter herbas, frutices, atque arbores ad mellificium proba-
tissima aut Melissa dicenda et habenda, aut
nomina ad multis communia non vocanda Melissa.
Similiter neque Heliotropium, neque Chamaemelum neque

12

trifolium, nec Glaviceraria, neque Tacouca imposterum
genera existimanda, quandoquidem plurima stirpes
ab huiusmodi generibus longe dissociata et disiuncta
ad solem conuertuntur, aureo flore decorantur
folia ab uno principio ferunt, parietibus insident, ac lac
plurimum fundunt. Id manifestum habemus si certa usque stirpium
nomina longissimo aevo atque usu confirmata ad examen
revocentur, evanescere fere omnia, atque ad nihil redigi.
Noua itaque excogitanda sunt? Profecto si ad hanc
artem [illegible], et levissimorum hominum instituta se[illegible]
mur. Verum qua tandem? unde eruenda? Qua ratione
quo usu, qua similitudine, quibus partibus constituenda
et firmanda? Abditos sapientiae fontes pandant nominum no-
tatores, et vera arcana in medium proferant. Nihil adhuc
nisi stultitiam meram effudisse video. Nunquid sapientiae
dabimus, Hippocastanum in Esculum, Fraxinella in Dictamnum
Azedarach in Meliam, Salicariam in Lythrum, Guajacanam in
Diospyron, Scamonium in Scorzoneram, Acanthium in Onopordum,
Conyzam in Chrysocomam, Absinthium, et Abrotanum in Artemisiam,
Bidentem in Ceratocephalum, et alia plurima convertisse? Quare
in re tam ineptissimi homines se tyrannos et furentes osten-
dunt, omnia tam confundant et misceant, ut vere stirpium histo-
riam penitus ignorare fateantur. Dictamnum n[empe] esse Fra-
xinellam, Esculum Hippocastanum, Diospyron Guajacanam
Jasionem Rapunculum scabiosa capitulo, Physicam Alaterno-
idem, Andrachnem Telephoidem non solum quae ex veteribus
supersunt non confirmant, verum etiam alias stirpes fuisse declarant.
Qua itaque amentia captas recentes appellationes veteribus
ac falsas imponunt? Nomina profecto semel fortuito imposita, sine
consulto nulla ratione immutanda sunt, ne omnia confundan-
tur misceanturque. Nam nomen signum habemus, quo unaquae-
que a cognata separetur. Si vero denominata si conuenient
perfecta erit denominatio; sin minus, imperfecta quidem,
sed ad declarandum aptissima. Qui Zenoe vel Phaseolum
appellat, nota legumina designat. Cogimur tamen originem
non manifestam, ut manifesta in Gentianis, et glycyrrhizis. Sed
omnia quorum stirpium pars vera nominis notam prae se ferunt. Omnia
[illegible] inconsulta denominatione serviant eadem nihilomi-
nus cognoscuntur, et a proximis separantur. Quod sane
dum habemus, quid quaerimus amplius?
[illegible] historicum.
[illegible] stultitia, et quaecunque inscitia [illegible]
[illegible] agit
ad [illegible] nolo ne nomina ab aliquo constituta
temere [illegible] ita auctoribus illis non laudanda
[illegible] animo [illegible] appellatio-
nes [illegible] impositas sublatis, propriis [illegible]

De hordeo nunc est diligentius agendum, quod farris nomine
comprehendi; cuiusque historia ab antiquis tradita secus narrant
ac solebam, est determinanda, quippe dubia et anceps minus
attentos facile in errorem adducit. Equidem tam apud Graecos
quam apud Romanos vulgatum hordeum illud fuisse quod nostri
ζεόπυρον, et Triticospeltum vocant et ad triticum referunt,
quoniam grana glabra, nitida, pura, nullisque glumis vestita
in area flagellis exteruntur, cui non videbitur praeclara
monumenta, ut ordine commemorabo, perpendenti? Et primum
in memoriam revocate quae paulo ante ad illa Plinii: Tunica
frumento plures: hordeum maxime nudum, ex Theophrasto
commemoravi: ἄρα δὲ καὶ ὁ μὲν (πυρός) ἐν Αἰγύπτῳ πολ-
λοῖς· ἡ γυμνή, μάλιστα γὰρ δὴ γυμνοσπέρματος ἡ
κριθή. Ad ista tam clara et manifesta addamus ex libr. περὶ
XV κριθαὶ δὲ — similiter ex libr. XVII. θᾶττον δὲ —
ista de hordeo prolata: γυμνοσπέρματος, γυμνότερα, γυμνότα-
τον hordeacea grana sine tunicis, et glumis nuda de spica
excussa non ostendunt? Perpendite etiam iterum Lactantius Co-
lumellam de hordeo lib. II praecipientem: Iugerum quinque
modii occupabant. Idque ubi paulum maturuerit, festinan-
tius quam ullum aliud frumentum demetendum est. Nam
et fragili culmo, et nulla vestitum palea
granum eius celeriter decidit. Iisdem de causis
facilius teritur quam cetera. Perpendite
et Plinium qui libro XVIII de hordeo haec memoriae
mandavit: In area exteruntur triticum, et siligo, et
hordeum, sic et seruntur pura — fragili enim stipula, et tenuis-
sima palea granum continetur. Quid vobis videtur? Non
ζεόπυρον potius quam hordeum, cuius semina firmis et
tenacibus glumis involvuntur, describi dubitis? Quae etiam
de sementis modo traduntur, me falsum habuisse fatebor.
Seruntur, inquit Varro (l. R.R. I) fabae modii IIII in iugero: tritici
V, hordei VI, farris X. Columella libr. II. et XI praecipit in iu-
gerum hordei modios V vel VI, cum farris cuius grana
glumis continentur, serantur modii IX, vel X, ostendimus.
Neque dissimilis Plinius, cuius verba ex libro XVIII. ac-
cipite: serere in iugero temperato solo iustum est tri-
tici, aut siliginis modios V, farris aut seminis (quod fru-
menti genus ita appellatur) X hordei VI. Item eadem
ferme mensura seminantur area tritico et siligine atque hor-
deo, grana similia atque aequalia habenda, et, cum in tritico,
et siligine nuda, nuda etiam in hordeo, quae in ζεοπύρῳ
gignuntur. Haec quidem vera forma blandiuntur, non
tamen vera diligentiori cogitatione animadversa ma-
nifestantur. Nuda hordea dicuntur, quippe glumae, quae
grana sequuntur, firmiter cohaerent, ut cortice haben-
tur; quare in spica matura nuda apparent grana, quae in
siligine et tritico glumis involuntur. Hac de causa a Theo-
phrasto tritici capsulae nudum vocatur, cuius semina glumis co-
lata de spica descendunt. Et quae gluma in tritico, et siligi-
ne spicarum ... grana firmant, neque bene hiant, emit-
tendo semen, delabuntur, eadem in hordeo, et Loho contineta

cristolium, nec praevaricaria, neque saccuca impositorum

ΛΒ

Polluce L. I. c. XI

περὶ τροφῶν ἵππων: de equorum alimentis

τροφαὶ ἵππων κριθαί, ζειαί, ὄλυραι. χόρτος χιλός. equorum alimenta hordea, spelta, siligines, foenum, pabulum.

Theophr. de causis l. III.

ὁ δὲ πυρὸς μᾶλλον τῆς κριθῆς καὶ τῶν χεδροπῶν (δύναται) διὰ τὸ θερμότερον εἶναι, καὶ χιτῶνας ἔχειν πλείους· ἡ γὰρ ἂν κριθὴ καθάπερ γυμνόν. Triticum magis quam Hordeum et legumina (durat) quia calidius est et tunicas plures habet: Hordeum enim nudum propemodum est.

L. N C X

διὸ καὶ τῶν πυρῶν οἱ τρίμηνοι κουφότατοι, καὶ τῶν κριθῶν ὁμοίως. Propterea tritici trimestre et hordeum trimestre cibi faciliores sunt.

c. XV.

κριθὴ δὲ μᾶλλον ἢ πυρός, διότι τὸ τὰ μὲν γυμνότερα εἶναι τὰ δὲ χιτῶσι πλείοσι διὰ τὸ ἐγγυτέρω τῆς στάχυος ἔχειν τὸ φύλλον. Hordeum magis et triticum (rubigo infestat) quod alterum nudum est, alterum tunicis integitur pluribus, et folium spica gerit proximius.

c. XVII.

θᾶττον δὲ πολὺ κόπτεται κριθὴ πυροῦ· διὰ τὸ μανότερον εἶναι καὶ γυμνότερον. / Hordeum multo celerius male afficitur, quam triticum, quia solutius ac nudius est.

16.

ὁ μὲν γὰρ αἰγίλωψ πολυχίτων· ἡ δ' αἶρα γυμνή. Avena multis tunicis vestitur: Lolium nudum.

Hor[illegible]

cum granis, et caduca grana fulcris destituta et nuda et infirma relinquunt. Propterea praeceptum est agricolis, ut maturius demetatur hordeum, quod, ut ait Columella, nulla vestitum palea granum eius celeriter decidit. Quapropter nudum dicitur in spica hordeum quod ~~[illegible]~~ glumis neque regitur, neque fulcitur: at in area excussum nudum omnino non vocatur, scribente (libr. IV περὶ φυτ. αἰτ.) Theophrasto τὰ δὲ τη-

libr. III περὶ φυτ. αἰτ.) ἡ γὰρ ...

Tamproinde sementis modum non perinde, atque in farre augere in hordeo debemus, quod farris grana crassioribus glumis vestiuntur, et cum bina, terna, et saepe integris rescisis, post triturem inter se conjugantur, ideo magnum intervallum in modio occupant, et pleniori manu sunt seminanda. At in hordeo solutis ... dinibus decutiuntur, appositis glumis paulo quam in tritico, et siligine, majora. Quare a V ad VI modios augent sementis, ut, crebrius iacto semine, ... tam densa prosiliat seges, quam ex siliginis et tritici modis V enasci consuevit.

nobis

Itaq. Veterum ~~[illegible]~~ testimonia recta intelligentia, interpretantibus, iam certum et compertum liquet hordeum quod in consuetudine habemus, tam a Graecis quam a Romanis vulgo usurpatum, appellatumque eo modo quo nos distinguimus, hexastichum, et in Latio, ut memorat Columella (libr. II c. IX, ~~[illegible]~~ et alibi) ... cantherinum quod iumentis potius serebatur. Cholearsse n. priscos propterea turpi nota militibus, qui ignavia male rem gessisset, aut deseruissent ordinem, pro tritico hordeum in cibum dabatur.

mores navasse Plinius (libr. I8 c. 7) cum ex hordeo panis fieret;

Grattuola a similitudine Palmarum erit haud absimile in... [illegible]
Spadix ... [illegible]

Calyx erit qui flores, fructus et semina obducit
Calyx Alkekengi
Vesica calyx amplus tenui cortice efformatus, ut
Graminis.
++ Utriculus involucrum granorum tritici, secales, Auena,

it
Gluma [illegible] utriculi
Arista est Glumae appendix id est acus eminens, asper.
Utriculus involucrum floris, seminisque antequam appellatur: Plinius
libr. XVI. c. XXV. Panicum (...) vero cum florent, flosque ille
utriculis consrat utriculis (cum folliculo) dicitur, et de glumis partic...
Zea, etc. Plin. l. XVIII. c. XI. Alica adulterina fit maxime qui-
dem e Zea quae in Africa degenerat. Latiores eius spicae ni-
grioresque, et breui stipula. Pisunt cum harena, et sic quoque
difficulter detrahunt utriculos, fit... dimidia nudi mensura

Calyx etiam dicitur cupidamus tegmen in glandiferis arboribus, in quo
glans iacet. Plin. libr. XVI c. VI. Continentur (glandes) hispido
calyce per genera plus minus cutem complectente. Vnde Glans
optima in Quercu atque grandissima, mox Esculo, nam roboris
parua, cerro tristis, horrida echinato calyce ceu Castanea.

Galla in glandiferis
Nucamentum (κύτταρος) in glandiferis | e ramis generum horum pani-
culatim modo nucamenta spectaritum compacta depen-
dent, praetereaque ... Plin. l. XVI c. X et mox
Haec abietis mascula Picea vero totis paniculis minoribus gracilioribusque
primori parte nucleos
habent, non item foemina.
Piceae vero totis paniculis
minoribus gracilioribusque
minimos ac nigros. Porro quod Graeci ... appellant. In eadem Pl. l. XVI.
nucamenta compressiora maribus ... ac minus resina roscida
cap. X.
Strobilus nux Pinea: Vlpianus de Pinu ... integri strobili ligni appellatione con-
tinebuntur
Theoph. l. I c. 18
Arbor κερατωνία περὶ ... fert siliquas
Idem l. III c. 17. Arbor magnitudine praestans, semen in siliquis
... magnitudine lentis quo pinguescunt oues. Folijs ...
Fama Graeca. Reciditur ad baculos. Videtur Laburnum
Theophrasto Libr. I c. XVIII
Tres arbores siliquas ferentes nota
Ceronia siliqua dulcis.
Cercis arbor Iuda.
Colutia forasse Laburnum.
Staphisagria fert fructum similem smilaci, idest sciano
Scandens Th. l. III περὶ φυτ. c. 18.
Th. l. IX περὶ φυτ. c. XVI. δῆ γὰρ κλάδ.
κλάδος ramus Ficulnus
κράδος ...
ὅταν τὰς ... κλάδος ... κράδους
εἰ τινες ...
ἐρίνεος caprificus
τὸ ἐρινὰς caprifici fructus | Theo. ib.
ὄλυνθος grossus fico ...
Phleus quam vocant Stoebam circa aculeum folium gerit cum floris
Theoph. l. VI c. I Stoebe Pimpinella spinosa
Φύτεος Theoph. l. VI c. III an Echinopus qui de summo flore:
Cnicus silu. Th. ib. uidetur Carduus benedictus
Echinops ... Th. l. VI περὶ φυτ. c. IV: τὸ δὲ
περικάρπιον τὸ ... τὴν μὲν μορφὴν ἀκανθώδης.
περικάρπιον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα,...
κεφαλὴν δὲ αὐτοῦ ...
Mespilon fructus Rosae Th. l. VI. c. VI περὶ φυτ. ist. de Rosa: ἔχει
δὲ (τὸ σπέρμα) ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ χνοῶδες ἢ ἀκαν-
θώδες ἔχον δέ τινα χνοῦν.
Surculus ... cui haeret Malum Punicum: Varro R.R. l. c. LIX: Ma-
la Punica demissis suis surculis in dolia arena.

ex folio: praevaricaria, neque Iacobea imposuere

23 Folium

Folium petalodes. folium coloratum, ut in sclarea sativa, in Hormino sativo: in Bugula alpina, villosa, quod cum sit natura folium, colore petalum mentitur. in Tilia

Phyllarium plura folia minuta in unum collecta ut in Cyperochiis

Epiphyllis dicitur foliolum foliis innatum, ut in Rusco sive Hippoglosso

Peltatus πέλτος, [illegible] folium, alicubi folium in orbem circumactum et cavum, ut in Tithymallis de quo fructus effertur. Diosc. libr. IV c. CLIX

Petiolus, et **Pediculus** pars per quam cum articulo simplici folium iungitur stirpibus

Artus pars caduca per quam folium unum vel plura iunguntur per articulationem, quae etiam stirpi committitur per articulum, ut in Vite, Zizypha, mimosa etc

Articulus ipsa iunctura circa quam artus flectitur, vertitur

Folium seminale quod primum in semine evolvitur. ceteris forma dispar

Costa pars folii media quae petiolo, artui, vel stirpi adhaeret. Quaeris πλευρίδος Theophr. l. I c. 16

Nervus quod de costa tamquam ramus oritur, spargiturque per folium.

Involucra pluribus inservientia

Vagina folium summum in graminibus, ac cerealibus stirpibus quo spica ante explicationem continetur. Cic. de Senect. c. 15 culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur. Plin. libr. XVIII. c. 3. Ita enim est in commentariis Pontificum: augurio canario agendo dies constituantur, priusquam frumenta vaginis exeant, et antequam in vaginas perveniant. Festus: Patera frumenta dicebant antiqui, quae de vaginis non bene exibant. Propterea dea Patelena constituta erat, cum vagina aperitur et exit spica August. de Civit. Dei l. IV c. VIII. Caesar

Vaginula parva vagina

Echini folia aculeata, et lorica [aculeata] dicta in Carduus, Cyanis nonnullis quibus caput constatur a similitudine Echinorum qui Ionica ac Dorica Columnarum capitula exornabant. Vitruv. libr. III c. 3, et 7.

Loricula et squamulae foliola quasi squama quae capitula Iaceae centaurii majoris, Chrysanthemi cinguntur, hinc Loricatio et Loricatus

Bractea squama [sive lamella] colorata sicca in Xeranthemo, Carlina [lamella seu rasura lamella]

Spatha capsa sive involucrum in Palmis quo flores et Palmula ead[illegible] tractati continentur. Pl. l. XVI. c. XXVI. Palma sola ut diximus, in spathis habet fructum vaginis propendentem.

De stirpium partibus, atque ipsarum nominibus

Cum in recensendis describendisque stirpibus multa commemoranda sint, quae ad ipsarum partes, naturam, ac cultum pertinere inveniuntur necessaria, opportunum nobis ante omnia videtur haec breviter subiicere quibus prisca aetas in stirpium historia uti solebat, et quae inferiora tempora in supplementum submisere, iis quoque non neglectis quae agricolae et coloni in proprium usum reservabant. Etenim Botanice adeo longe ac late diffunditur, et propagatur, ut fruges omnes dum complectitur, pomiferasque arbores, ac nuces, et glandes recipit, area item sive segetes occupat, et saepe in conservantur horto sedens tanquam promus quoad fructus e fundo in villam invehantur, cum clavi expectet. Itaque discere haud recusat, quid sit palea, quid acus, quid fabalia, malleoli, viviradices, mergi, traduces, dracones, et cur ad uberiorem frumentorum proventum eadem terra nunc vervactum, nunc novale dicatur, investigat. Villam quoque saepenumero subit, ac per oporothecas, granaria, cellasque olearias et vinarias rimando qua ratione poma et grana retineantur, quo tempore ad usum vel ad sementem promantur, quo nomine uvae atque oleae liquor appellatur, qua de causa ab oleo amurca, a lora vini separatur, diligenti admodum studio pernoscit. Quamvis enim non agrestem sed civicam vitam agat, haud tamen abre alienum ducit quae rus agentem, percipere atque ante capere, cum ex fundo in urbem (cellam) pali, ridicae, pertica, arundines, culmina, palea, vinacea, segetes ad horti subsidium sint evocanda. Quid de mergis dicemus quibus agri cultor pampinos stirpes, Botanicus stirpes novas custodit et propagat? Numquid insitio atque emplastratio crebrius in urbe quam in fundo necessaria non censenda? Jam vero seminaria cui magis propria, ac frequentius usurpanda dabimus quam botanico qui de singulis fere stirpibus per taleolas, surculos, bulbos, semina quotannis plantaria instituit? Porro rustica opera cum pastinatio, sartio, runcatio, occatio, putatio, fossio, irrigatio quae ad tempus metastasis (certum) detinent, urbanum cultorem praeterea labore ac propemodum quotidiano non exercent? Quod propterea nemini mirum videbitur perpendenti agricolam paucarum stirpium, botanicum omnium cultorem esse, atque adeo agriculturam veluti botanices particulam ad universam artem accedere, eaque concludi atque expleri. Quamobrem qui stirpium historiam pertractandam suscipit, ab ea origine petere debet, unde fruges et frugiferae arbores coli coeperint, quippe agri colendi ratio et prima, et praecipua, et sola quae mortalibus alimenta praebuit, habetur. Hinc cultura disciplina, hinc stirpium vetustissima nomina, hinc semen, fructus, pomum

...haliis ~~nostra~~ Barbaria, neque Tactica imposuerunt

nux, culmus, arista, vagina, gluma, spica, siliqua, uva, racemus ad arboreos honores traducta. Sunt alia ex nimia rusticitate ad hoc tempus neglecta, quae tamen ob eximiam utilitatem inter cives recipienda ~~...~~ existimo, ceu oscillum, porca, lira, stolo ac pullus sive suffrago, iugum, canterius, flagellum, surculus, uvancus, sariga, scopus idemque scopio et scopius, vimpus tradux. Hae et alia botanicis nominibus immista nunc in ordinem digeram, appositis nonnullis quae propria appellatione definire tam rusticis quam urbanis defuit industria. Quoniam explanationes antequam exordiamur praemittendere oportet, quid sit stirps, et quae discrimina prima subeat, ne secrete in singulis moremur, atque ab instituto ordine avertamur.

Stirps igitur quam nostri improprie plantam appellant, dicitur quae in solo, saxis, testis corticibus, aqua sedem nacta exinde humorem ~~alis~~ indiaiculis corpusculis immissum per fibras et tubulos excipit, atque in certam et determinatam formam explicatur.

Propter gemmas sive oculos (quae inter semina recensentur) stirpes primum bifariam distinguimus: sunt enim quae gemmas extra terram producunt; sunt quae his privantur. Oculum edentes gemina appellatione seiunguntur; quod alia arbor vocatur, frutex alia.

Arbor sive arbos Graecis Δένδρον unico plerumque ac procero caudice vel trunco surgit, et saepe in ramos tanquam brachia funditur ornata gemmis, ut Platanus, Quercus, Ulmus, Populus, Salix, Opulus.

Arboris differentia triplex, quod alia perpetua fronde decoratur, tanquam Ilex, Aquifolium, Juniperus, Arbutus, Cedrus, Tinus, Abies, Taxus, Pinus, Sabina, Laurus.

Alia per hiemem folia deponit, uti Populus, Larix, Tilia, Platanus, Salix, Morus, Ficus, Vitis, Castanea, Nux, Ornus, Pirus, Malus.

Alia, subeunte hieme, frondes non amittit, sed easdem exsiccatas in novam germinationem servat, quo tempore spoliatur, dum nova coma se vestit. Quod in Carpino contingere vidimus, atque in Quercu.

At Frutex minoris quam arbor incrementi θάμνος apud Graecos vocatus plures caudices plerumque stolonesque emittit, ac gemmis decoratur. Qua natura Ligustro inest, Lilac, Corno foemina, Corylo.

Huius item discrimina a foliis dessumpta bina; nam in nonnullis frons semper viridis non delabitur hyberno, ut in Thymelaea Lauri folio semper virenti, in Chamaelea tricocco, in Chamerhododendris, in Jasminis plerisque.

Multi tamen fronde spoliantur quemadmodum Syringa, Paliurus, Berberis, Frangula, Viburnum, Spiraea, Grossularia.

Porro frutices dum sponte vivunt, neque cultu germinandi indoles cohibetur, frutices habendi; nam si arboratori accedat, totamque suffraginem a media virga deplantat, arbores multi evadunt, tales evanuntur in Horto nostro Viburnum, Frangula, Paliurus.

Sequuntur stirpes quae gemmas in caule, ramisque non pariunt.

Vocitantur

dividuntur in Cremium quod nostri suffruticem malunt nuncupari, atque in Herbam.

Cremium media inter frutices atque herbas stirps caulas perennes fundit, in quibus quotannis folia producuntur. Nulla tamen cauli ramisque oculi adsunt. Sicut Geranium, Rosa, Saluia, Tymus, Ruta, Rosmarinus, Chamaedrys frutescens, Teucrium, Stoechas, Smilax. De Cremio Columella inter rustica praecepta libro XII haec tradit: Leuique primum igni, et tenuibus admodum lignis quae cremia rustici appellant, fornacem incendemus. Plinius item libro XII de Cinnamomo haec loquitur: Est et alia fama cum sole diuidi, ternasque partes fieri; dein sorte cremia discerni, quodque soli cesserit, relinqui ac sponte conflagrare. Non me latet cremia apud Harduinum in gemina ex codicibus dessumptum uerti. Verum tres partes cum a Plinio recenseantur, quarum una soli relinquenda erat, duae mercatoribus tradebantur, non uideo qua ratione gemina sorte conueniat ad discernendum. Haec a Theophrasto libro περὶ φυτ. ἱσ. IX accepit Plinius, ibi enim legitur: ἔτι δ' ὅτου τρία μέρη ἐξ... καὶ ὃ ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλεί... διακληρῶσαι, πρὸς τὸν ἥλιον... ὅπερ φασὶ καιομένην ταύτην. Ceterum cremia id esse apparet quod sarmenta idem Plinius paulo ante uocauerat dicens: Sarmenta hasta diuidit sacerdos, deque partem ponit, reliqua mercator in nassas ponit. Quapropter si cremia in dubium uenit, longe potius quam gemina erit germina quod Parmae anno CIƆCCCCLXXXI apud Portilium excusum uidemus. Itaque cremium a cremando quod gracilia sarmenta facile ignem concipiunt, etsi non arida. Propter quod et Graeci φρύγανον, ac φρυγανώδες stirpes appellant.

ἐνέγχοισι διελόντες

cremium)

Superest herba apud Graecos Πόα quae primis gelicidiis caulem semper gemmis carentem amittit.

Herba in duas partes abit; nam alia dicitur annua quae intra annum perficitur, maturoque semine tota exarescit, uelut fruges omnes, Legumina, Ocimum, Lactuca, Molucca, Mercurialis [?], Xanthium, Cucurbita, Pepo.

Perennis alia quae radice diutius uiuit, ut Mentha, ... [?], Tanacetum, Mandragora, Ebulus, ~~Alcea~~ Pulmonaria, Paeonia, ~~...~~ ~~...~~, Amaranthus, Asphodelus, Narcissus, Crocus, Symphytum.

Est tertia quam temporariam appellamus; quod anniculo spatio maturitatem non assequitur, neque ad tempus uiuet, atque usque ad partum seruatur, quemadmodum Ferula nonnulla, Archangelica, Cardui nonnulli, Aethiopis, Lappa, Corydalion ceterum, Cynoglossum. Ad hanc quadripartitam diuisionem stirpes omnes referuntur, quippe ut Theophrasti uerbis dicam: Πρῶτα δέ ἐστι, καὶ μέγιστα, καὶ σχεδὸν ἐφ' ὧν πάντα τὰ πλεῖστα περιέχεται, τάδε· Δένδρον, θάμνος, Φρύγανον, Πόα. Nunc quae communia omnibus, uel propria singulis stirpibus recenseamus.

ex Lygdinis no- minantis)

Semen unde stirpes primordia sumunt, quid sit, nostris epistolis declaratur. In illis notatum est hoc modo: sehmenieu, et uocibus compositum censetur se, meni, eu. Prima apud Graecos ἑ quam Latini se dicunt, aspiratione in s conuersa, ut in multis: sicut secus ab ἑκαί, Valgio apud Festum auctore, sexus ab ἕξις, sal ab ἅλς, sylua ab ὕλη, somnus ab ὕπνος, sub ab ὑπό, super ab ὑπὲρ, sus ab ὗς. Altera meni a μένω descendit; Tertia eu additamentum quoddam uidetur, sicut ornatus quis incertae significationis atque originis. Id apud ueteres scriptores uerbis

[illegible] varietaria, neque factura imposuerit

infiniti temporis crebro annexum comperire est, cuiusmodi sunt apud Plautum, Terentium, aliosque agitarier, irascier, calarier, immutarier, morier, commorier. Quare, ut subducto, semper est semini ab ἕ et φύειν, et quod se manet, seque expectas vel venatas indicas, cum semen id sato fiat, quod fuerat, atque in pristinam naturam revocetur. Hoc itaque primigenium semen dicitur, principium sacrum, ortum, ex quo stirpes omnes proveniunt, nam illa quoque quae, nullo cogente, gignuntur, de semine surgunt, quamvis id nostris sensibus obscurum. Quamobrem cum scripserit Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. II. αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματος ἢ ἀπὸ σπέρματος, si quae αὐτόματος oriri statuit, sine semine nasci opinabatur, longe a vero aberravit. Prudentior Varro quamvis a Theophrasto commemorata ad Romanas villas traduceret, qui stirpes sive ex αὐτόματος, sive ex σπέρματος omnes per semen provenire libro rerum rusticarum primo sic significavit: Primum semen quod est principium genendi, id duplex: unum quod latet nostrum sensum; alterum quod apertum. Latent si sunt semina in aere, ut ait Physicos Anaxagoras; et si aqua quae influit in agrum, inferre solet ut scribit Theophrastus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. At Vergilius Theophrastum sequutus [omne] quod Varronem stirpes ἐξ αὐτόματος hoc carmine complexus non sine semine novo sine agrestium labore provenire declarat:

Principio arboribus varia est natura creandis,
namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae
sponte sua veniunt camposque et flumina late
curva tenent, ut molle siler lentaeque genistae
Populus et glauca canentia fronde salicta.

Quae vero ex σπέρματος per homines posito statim subiicit:

Pars autem posito surgunt de semine, ut altae
Castaneae nemorumque Iovi quae maxima frondet
Aesculus atque habitae Grais oracula Quercus.

Eadem retulit ex Vergilio Columella; sed magna sollertia ad veritatem revocavit, quoniam a Vergilii metro rectio de re rustica inchoato volumine, arborum species diversas esse et multiformes fassus, continuo vatis verba subiecit: Quippe, inquit, varii generis (sicut auctor idem refert)

nullis hominum cogentibus, ipsa
sponte sua veniunt:

Sed subinde altero carmine ad pauca redacto hoc modo: multa etiam nostra manu sata proveniunt, primi hanc interpretationem apposuit: quae non ope humana gignuntur, silvestres ac ferae sui cuiusque ingenii poma vel semina gignunt. Est igitur primum semen, et primigenium, unde stirpes omnes originem ducunt, cuius admirabilem potestatem virtutemque non humano sensu percipiendam contemplatus M. Tullius libro qui de Senectute ~~[illegible]~~ inscribitur, haec inseruit: Omitto enim vim ipsam omnium quae generantur e terra: quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut stirpium

minutissimis

27

minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat.
Plinius quoque libro XVI postea quam constituisset stirpes
omnes aut semine provenire, aut plantis radicis, vel aliquis etiam
quae a nobis secunda semina dicuntur, pro sua diligentia
commemoravit, immensam naturae maiestatem quae in semi-
nibus relucet, laudibus extulit dicens: non omittendo e tam parvo
principio gigni arbores. Quid simile originis suae habent ma-
lorum pirorumque semina?
Secunda semina appellantur gemmae sive oculi, ex quibus
item stirpes explicantur; quandoquidem propagatio quae per
mergos, taleas, malleolos, stolones, surculos, radices insitionesque
fit, propter gemmas contingit, ex quibus nova germina fundun-
tur. Haec semina a Varrone ad prima discrimina vocantur,
quoniam prima quae transferuntur e terra in terram. Idcirco
surculi qui ex stirpis radicibus emicant, semina secundi generis
dicenda. De quibus Vates praestantissimus Georg. II canit:

Pullulat ab radice aliis densissima silva
Ut Cerasis, Ulmisque, etiam Parnasia Laurus
parva sub ingenti matris se subiicit umbra.

De iisdem Plinius libro XVII haec tradit: Sorba semine, et a radi-
ce planta, et avulsione proveniunt. Et: Natura et plan-
taria demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa
et pariente matre. At libro XVI haud absimilia docuit: sed e
radicibus repullulant Laurus, et mali, et Punicae. A pullulando
itaque haec semina etiam pulli appellata. Quos Cato vocavi-
sset inter rustica monita: ab arbore, inquit, abs terra pulli qui
nascentur. Similiter: arboribus ab terra pulli qui nati erunt.
Eosdem Plinius libro XVII pullulos vocat dum scribit: nullis
vero tales pulli proveniunt, nisi quarum radices amore solis
atque imbris in summa tellure spatiantur.
Ad hunc censum vocantur ipsae radices, bulbi, tubera, atque
oculi, ut in Arundine, Inula, Gramine. quoniam semina quae
de terra in terram traducuntur, ut novas stirpes emittant. Itaque
Scilla, ut Plinii verbis utar, sata bulbis circa latera natis, celerius
provenient. Seritur spongia. Ita radices in se complicatae dicuntur
Asparagus, ut omnibus notum: spongia quoque aliae stirpes
feniculum, et in primis Mentha, de qua idem Plinius libro
XIX memoriae haec prodidit: eodem tempore seritur mentha planta
vel si nondum germinat, spongia. Neque oculorum qui radici-
bus innascuntur, satio, et propagatio inter ultima referen-
da. Hac ratione Iunci atque Arundines amplificantur. Nota
defecit veteribus hoc studium, seritur (de arundine scribit Co-
lumella) bulbus radicis. Apud Plinium etiam libro XVII haec com-
memorantur: Arundo seritur bulbo radicis quem alii oculum vo-
cant, et de Inula: supervacaneum eius semen, quoniam oculis
ex radice excisis ut arundo seritur. Quid? Rosa quoque ex
eodem Plinio hoc modo in sobolem non diffunduntur? caule
conciso inseruntur, et oculis radicis, ut arundo.
Sequitur alterum secundi seminis genus, ut ex arboribus demptum
dimittuntur in terram. Quod in duas partes dispertitur,
alia enim a stirpibus cum radice tolluntur, alia sine radice

...talici nostri barbara, neque Tacouica imposterum

illa bifariam distinguuntur; nam sunt quae per se adhuc
matri adhaerentia radices agunt: sunt quae innata hominum
ope in radices coguntur, quos mergos vocamus. Postea quae
radicata demunt coloni, ac statim in ordines digerunt, stolones
quoque dicuntur. Hoc in C. Licinio sedulo stolonum eversore ce-
lebrat de re rustica i capite Varro, cuius verba subiiciam:
Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri
poterat stolo quod effodiebat circum arbores e radicibus qua
nascerentur e solo, quos stolones appellabant. De iis in Plinio
historiarum naturae libro XVII legimus: avulsique arborum sto-
lones vixere. omnia vero celerius adolescunt, stolonibus abla-
tis, unaque in stirpem redactis alimentis. Frequentius haec
semina plantae (quo nomine universae stirpium propagatio-
nes sationesque intelliguntur) denotantur. In Vergilii Georgi-
cis II hoc carmina laudantur:
Plantis et dura coryli nascuntur.
alibi: Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis

Libet in hoc genere alia ex Columella Plinioque excerpta af-
ferre: Ille libro XI haec inseruit: melius est thymi novellas
plantas disponere: hic Cinarae cultum ita praecepit libro XIX:
Carduos ergo duobus modis serunt, autumno planta, et se-
mine ante non. Mart. Planta ex eo disponuntur ante idus
Novembr. Ceterum huiusmodi arboribus inutilem fructificatio-
nem sobolem etiam, et suffraginem appellari invenio apud
Columellam; nam libro de re rustica IV haec exstant: et si sobo-
les quam rustici suffraginem vocant radicibus adhaeret,
diligenter explantanda; pariter de Ulmi satione libro V
praecipitur non esse serendam ex samera, sed ex sobo-
libus. Porro stolones eosdemque plantas, suffragines, ac soboles
plerumque edunt Olmi, Fici, Vites, Punica, Cydonia, Mali, et
in fruticum natura quam plurima.
Mergi (quod semel ad radices fundendas humana cura
incitantur) radicatis stolonibus proximi accedunt; nam singul- [illegible] si radice carent, vel a matre te-
ra ad caput radicis nata, in seminario seruntur (de quibus mox dicemus)
plantantur, et in seminario seruntur
ut radicentur. vel in sua sede relicta, effossa humo, curvan-
tur infoveam, ingestaque terra, ut radices capiant, relin-
quuntur, summa parte emicante, ex quo a mergendo dicunt
mergi appellari, Galli item ab eadem origine
nostri rustici afossi tanquam adfossi sed vetustissima
Latinorum consuetudine, qua arvolare, arfari, arflare, ar-
fines pro advolare, adfari, adflare, adfines usurpabant, ut
in epistolis nostris declaravimus. Mergos numeris ita comple-
ctitur Vates:

Silvarumque aliae pressos propaginis arcus
Exspectant.

Mergorum cultus et discrimina plenius libro XIII exequitur
Plinius: propaginum, ait, duo genera, ramo ab arbore de-
presso in scrobem quaternum pedum quoquo, et post bien-
nium amputato flexu, plantaque translata post autumnum.
Et libro XVII. Altera (propago) deflexa vite, vel palmite iuxta
suam arborem, aut circa proxima caelibem. Post annum
propago inciditur ad medullam, ut paullatim radicibus suis
assuescat. Caulis a capite ad duas gemmas reciditur: ter-
tio totus mergus abscinditur. Sed restituenda Plinio vox
ali post assuescat; id enim totum a Columella libro IV Plinius
dessumit:

28

describit. Verum et Columellam docentem audire praestiterit:
Mergi genus est, ubi supra terram iuxta adminiculum uitis curuatur, atque ex alto scrobe summersa producitur ad uacantem palum, tum ex arcu uehementer citat materiam, quae prorsus applicata suo pedamento ad iugum euocatur. Sequente deinde anno insecatur superiore parte curuaturae usque ad medullam, ne totas uires matris propagatio flagellum in se trahat, et ut paullatim condiscat suis radicibus ali.
Neque tantum ab ipsis arboribus palmites ac uirgae in propagines producuntur, uerum etiam ab ipsis tabulatis duramenta in propagines ad uiduum arbustum euocantur, ipsorumque flagella circumcisis nepotibus ac claviculis, necnon dis[...] gemmis quae a duro in [...] annotino extra terram superarunt, circa arborum uacua [...]
quos uinitores dracones uocant.
Saepe etiam inter duramina ac brachia suspenduntur in aere uasa quod alterum propaginis genus appellant, radices (uti Plinii uerbis) in ipsa arbore solicitando, traiectis per uasa fictilia uel quasillos ramis, terraque circumfartis, atque hoc blandimento impetrari inter ramos radicibus. Hac propagandi diligentia quod nostra tempora inter praecipua ducunt, uetustissimos quoque agricolas usos uidemus, cum rusticis Catonis praeceptis haec inserta eademque ad antiquam formam redacta legamus: in arboribus radices uti capiant, calycem pertusum sumito tibi, aut quasillum, per ea ramulum transferito, eum quasillum terra impleto, calcatoque, in arbore relinquito. Ubi biennium erit, ramulum tenerum infra praecidito, cum quasillo serito. Eo modo quoduis genus arborum facere poteris, uti radices bene habeant.
Item uitem in quasillum propagato, terraque bene operito anno post praecidito, cum quasillo serito. Alibi non dissimilia traduntur, quae uitiis nonnullis purgata exscribam: In arboribus uti radices capiant, calycem pertundito per fundum, aut qualum: ramum quem radicem capere uoles, traicito. Eum qualum aut calycem terra impleto, calcatoque bene, in arbore relinquito. Ubi ita fuerit, ramum sub qualo praecidito. Qualum incidito ab una parte perpetuum.
Si uero calyx erit, conquassato. Illum eo qualo aut calyce in scrobe ponito. Eodem modo uitem facito, eam anno post praecidito, serito utroque cum qualo. Hoc modo quod genus uis propagabis. In his [...] sacrorum paucis admonitum uolo. ubi primum in [...] non solum his, ac simillimo Catonis loco, uideri qui [...] radicentur, [...] rami radicem capiant, indicat, sed modum ut radicentur ab antiquis nit, et pleniter descripsit. In erratis autem recepto ab antiquis codicibus positum excusis libris, et Politiani ac Sanctae Reparatae codicibus in re [...] (quod Aldus substituerat) in terram nunc timere [...] qualo aut calyce positori proponito. Itaque cum eo nempe ramo qualo aut calyce praecidito rami in scrobe.
Haec sunt quae partim a natura, partim ob hominum industriam radicata semina ab arboribus dempta demittuntur in terram. Accedunt quae sine radice in propagines secantur, quod, ut ait celeberrimus uates:

> Nil radicis egent aliae, summumque putator
> Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.
> Quin etiam caudicibus sectis (mirabile dictu)
> Truditur e sicco radix oleagina ligno.

Ut in nostris epistolis per nos carmen emendatum est, ita posui, praesertim quoniam in antiquissimo omnium Florentino codice

(propagines)

...talis ~~not~~ variebaria neque facouea imposterur

emendationis nostrae confirmationem animadvertisti. Vitio enim
et inepta scribendi ratione orta sunt opiniones, ut sico pro
seco olim scriberetur, neque a veteri consuetudine omnino Vergilius
in cuius libris multa antiquitatis vestigia cernuntur, abhorruisse
existimavi. Itaque hoc Aeneid. libr. XII carmen hoc modo notarim
(margin: in illo monumento)

ille secuti

Adversi frontem mediam mentumque reducta
Disicit, et sparso late rigat arma cruore.

Igitur disicit ab antiquo disicio, unde disseco, sive prisca
forma disico tempore disecui, vel disicui, et disectum sive
disictum mutatur. ~~Sed et adversi~~ ~~[illegible]~~
~~adversi~~ ~~[illegible]~~ Sed ad Georgica
redeamus, in quibus alia semina quae sine radice arboribus
demuntur, recensentur:

Hic stipes obruit arvo
Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos.

Hinc malleoli etiam, talea, surculi, plantae appellata; et ob haec
seminaria eademque plantaria instituta, in quibus non
solum semina ut nascantur, et utiu radices fiant, seruntur,
sed etiam flagella, virga, stolones cum sua parte non radicati
sudes, ~~[illegible]~~ rami, et alia atque alia deponuntur, ut radices
cultus indulgentia in mollibus pulvinis eliciantur, quo quaeque
utiliora in parata sede atque ordine veniant. Haec omnia
semina appellantur, ut a Vergilio Georg. II

seminibus positis superest deducere terram
Saepius ad capita, et duros iactare bidentis.

Ut a Columella libr. III: suppedaneis relictis (in vitiario) spatiis
per quae semina occolantur; item de malleolo eligendo: non
enim solum fecundam esse matrem satis est, ex qua semina pe-
tuntur — ut non solum ex fecundissima vite, sed etiam ex vitis
parte feracissima semina eligantur. Ut a Varrone rerum rusti-
carum primo: secunda semina videre oportet, ne, unde tol-
las, nimium cito, aut tarde tollas. Mox: Tertium genus seminis
quod ex arbore per surculos defertur in terram, si in humum
dimittitur, in quibusdam quom est videndum, ut eo tempore
sit deplantatum quod oportet. Quae tamen ex antiquis libris ita
constituimus, et quom habetur quando, ut illud M. Tullii pro
Cluentio: dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius
necatur. Itaque quando demenda sint semina, tempusque
mandanda, est videndum. Haec viris praeclara Gesnerus edi-
dit: per surculos defertur in terram, sic in humum demittitur,
ut in quibusdam tamen sit videndum, ut eo tempore sit de-
plantatum, quo oportet. Sequuntur ex Varrone alia: in terram
demittunt. Tamen in oleagineis seminibus (arbores) videndum,
ut sit de tenero ramo aequabiliter praecisum, quas alii cla-
volas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quae
tamen ex prisca scriptura ad hanc formam redigenda vi-
dentur: in terram demittendum. In oleagineis seminibus arbores
videndum, uti sit de tenero ramo aequabiliter praecisum, quas
alii clavolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Ne-
que enim arbores, ut ceteri, ita despicio, ut reiiciendum putem.
Nam videndum arbores hoc est contemplandae oleae et diligenter
circumspiciendae, ut quot rami, et qui, et de quibus fruments
sint in taleas recidendi, cognoscamus. Praeterea rubrica notan-
da

(margin: id fiet tum antequam germinare, aut flo-
rere quid incipiat)

(margin: id enim fit antequam germinare, aut flore-
re quid incipiat. Nam gemmas
anno ante arbores
proferunt: vere sequentis anni
easdem explicant
germinantque)

29

da in signo coeli plaga, ut ad eandem coeli conversionem in seminario statuatur semen.

His seminibus adiiciendi videntur bulbi qui in Lilii scapis, atque in Allii comis proveniunt; quippe a stirpibus decerpti, in terram transferuntur. Neque enim semina primigenia habendi, cum quod bulborum naturam gerunt, tum etiam quod propriae semen hae stirpes producunt. Lacrymas esse tales bulbulos in Lilio nascentes prodit, ut Plinius libro XIV memorat dicens seu lacryma sua Lilia. Et longe antiquior Plinio Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. ΙΙ. ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἀπὸ δακρύου· δὴ γὰρ ἔτι δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀπορρυέν.

Restat ut respiciatur secunda seminis divisione quam Varro constituit, tertium genus, quod e stirpe in stirpem traducitur. Hoc tota ex arte pendet, aut subservienti natura, ut foelicioris arboris gemmae per surculos aut per cortices in foecunda aut silvestri stirpi implantantur. Sed vulgus insitio dicitur ut calamos vel palmites aliena matricandos committunt: inoculatio autem vel emplastratio sive emplastrum, ut gemmas, circumciso cortice ita tamen ne eadem laedantur, aut gemmas cum cortice circumposito demum, delibataque alterius arboris parti adaptant. Utrumque inserendi modum divino carmine Vergilius complectitur:

Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex.
Nam qua se medio trudunt de cortice gemmae,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen
includunt, udoque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantae immittuntur, nec longum tempus et ingens
Exiit ad caelum ramis felicibus arbos
Miraturque novas frondes, et non sua poma.

Sed insitio quae per surculos calamosque peragitur, ut agricultura docet, non simplex, quamvis omnium probatissima quae a Vergilio commemoratur. Inoculatio item ab emplastratione seiungitur, ut dicimus. De ista loqui vatem videmus: de eadem et Plinius libro XVII haec refert: Hinc nata inoculatio scalpro simili fistula aperiendi in arbore oculos, cortice exciso semenque includendi eadem fistula sublato ex alia. Sed nostri arboratores ad inserendas Persicas atque Amygdalas probant. At emplastrationem idem auctor mox definit: Emplastratio et ipsa ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maxime cortici convenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum avocent, nitidissima in parte, quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula ita ne descendat ultra ferrum, cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma, sic compage densata, ut cicatrici locus non sit, et statim fiat unitas, nec humorem nec afflatum recipiens. Hanc porro Columella tum emplastrationem quam inoculationem libro V nominat parum pendens magnane an exigua corticis portione secum ducere gemma ut in utraque emplastri modo sit oculus inserendus. Verum ipsius sententiam, cuius auctoritate nitimur: tertium insitionis

[?] Scarificaria, neque Lactuca impostura

genus) quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem, vel ut quidam, inoculationem

Porrectiorem ingenii subtilioremque inoculationem invenit in iis stirpibus maxime fructuosam quae nitido, crasso, ac succoso corio vestiuntur. Gemmam circumciso ad tres digitos supra infraque mammam cortice circumcindunt in tubulum eo tempore quo arbores propter humoris copiam facile delibrantur, de virga vel surculo eum tubulo educitur [?] gemmam inserendus ramusculus pariter cortice spoliatus eadem fistula gerente gemmam sibi adnescat induitur eousque sensim dimissa dum cum denudata materia conveniat, et contra tubuli gemmiferi insito cortici nulla interveniente rimula, aptetur. Tum insita virga, distortis acuta falce oculis, omnique suffragine spoliata, exigua stirps de insito eminere relinquitur. Plures surculi in arborem tabulatis, vel stolones ad tres eodem tempore inseruntur, illi quo citius in brachia distribuantur; hi quo melius in mutilis vegetioris Robore largiantur. Si diligenter gemmiferi tubuli aptantur, imprimanturque [?], ne aer vel sol inter librum et materiam penetrare possit, frequentius insita comprehendunt, et cito germina protrudunt. Hoc genus insitionis in Ficis, Pomis, Persicis, Cerasis, Castaneis, Oleis, Salicibus crebro et cum utilitate usurpatur.

Planta (qua voce herbarii omnes qui nunc sunt, ad stirpes significandas abutuntur) semina item secundi generis concludit, et nonnunquam primigenia, si tanquam plantaria stirpes accipiantur. Hac nota sumuntur (voci planta) quaesita ex montibus ad plantationem in campestria delata quae in Columella horto celebrantur:

Nunc et odorata peregrino munere planta
Sicaniis croceae descendant montibus Hyblae.

Nec secus Virgilii musa ut cecinit circa alvearia montanum Thymum, montanasque Pinos esse serenda:

Ipse Thymum Pinosque ferens de montibus altis
Tecta serat late circum, cui talia curae

Continuo adjecit:

ipse feracis
oo Figat humo plantas et amicos irriget imbres.

oo Seneca de Cons. Agricola [?] arboribus [?] radicitus evulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, subolem ex illis residuam fovet, et amissarum semina statim plantasque disponit.

Plantae etiam viviradices dicuntur, quae in seminario, semine deposito, ortae adolescunt; sic enim olitorem libro XI monet Columella: Arido quaeque possis plantis serere. Sed id eiusdem auctoris metris expressius significatur.

Alma sinum tellus jam pandet, adultaque poscens
Semina depositis cupiet se nubere plantis.
Et quos mille parit dives natura colores
Disponat plantis olitor, quas semina sevit.

Solemnis tamen vocis notio in secunda semina cessit, sive radices jam agere, sive ut agant, dempta stirpibus ac sata. Ex hic hoc Georgicorum II laudatur:

Hac summa defringe ex arbore plantas

Neque dissimilis Plinius libro XVIII. Sed radici avellitur planta. Verum cumulatior Columella qui plura unde petentur plantae, paucis libro III pertexit: immatura atque intempestiva planta divepta trunco vel terra, vel etiam stirpi recisa inseritur. Idem scriptor eodem libro semen, in seminario radice acta, plantam nuncupat: Satoris autem officium est

est, primum quam recentissimam, et, si fieri potest, eodem mo-
mento quo serere velit, de seminario transferre plantam dili-
genter excemptam et integram. Iulii? Nonne etiam surculum qui
ad insitionem probatur, Vergilius plantam vocat, dum canit:

Aut rursus enodes trunci resecantur, et alte
finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantae immittuntur?

Indicare etiam convenit, ramos similiter non propterea secto[s]
ut stirpes sati fiant, denominari plantas, sed etiam ad alios
usus paratos; ~~nonnunquam defractos~~ Cato inter bovum
medicinas herbae Sabinae plantas III numerat.

Perna quoniam intima plantae, stolonis, surculive pars quae
a matre defringitur, plantae proxima recensenda. Locuplex
auctor Plinius libro XVII ad hanc significationem pernam pri-
mus e carnario traduxit: quo in genere, inquit, et cum perna
sua (stolones) avelluntur, partemque aliquam e matris
quoque corpore auferunt secum, fimbriato corpore. Hoc mo-
do plantantur Punicae, Coryli, Mali, Sorbi, Mespili, Fici,
in primisque Vites. Varro etiam similitudinem secutus Var-
ro R.R. volumine I. a planta pedis eandem partem nunc
solum, nunc plantam denominavit: et quae de arbore trans-
feras, ut ea deplantes potius quam defringas, quod plantae
solum stabilius quo latius, ut radices facilius mittat. At, in-
quiet quis, cur ut et mittat quae in Florentinis codici-
bus aut ac mittit leguntur, extremo membro non re-
licis? Bene monitus [sed] [agam], at aut pro ut, necnon mittit
pro mittat verterem. Quorum haec erit interpretatio: latius
plantae solum stabilius haberetur, aut si tale non iudicaretur,
certe facilius radices mittit. Simile exemplum Vergilius
subministrat in I Aeneid. ubi Iuno Eolum sic deprecatur,
ut in optimo Florentino habemus:

Incute vim ventis, submersasque obrue puppis,
Aut age diversos, et dissice corpora ponto.

Quibus et dissice sive disice, ut in eodem vetustissimo
monumento illud Aeneid. VII scribitur:

Disice compositam pacem

de quo veteri, confirmatur, ac vulgatum in Vergilii editio-
nibus disiice [vacillat], prosternitque

Plantarium idem ac seminarium, quod a plantis vocabulum
sumit. Nonnunquam ab ipsa planta sive potius semine se-
cundo non separatur. Id explicat Plinius libro XXI de
Abrotano scribens: plantaria transferuntur. At Vergilius
terram in aere suspensam his numeris designat:

et viva sua plantaria terra.

Surcus, talus, ~~sculus~~ idem, a quo, ut tradit Festus, per diminutio-
nem surculus descendit, tanquam surruculus, deinde surculus,
quod veteres ad brevitatem contrahentes surclos enuncia-
bant.

Surculus igitur, ut planta, multiplex vocabulum. Modo pro hu-
milioris status arbuscula effertur apud Columellam lib. III. neque
enim est cellum tam viduum solum virgultis, ut non aliquos sur-

(Vid. de caule et trunco)

...talis nostra arbustaria, neque Italica imposuerit

culos progenerat, tanquam Piros sylvestres, et Prunos, vel Rubos certe. Hinc ab eodem terra surcularis dicta quae ad nutriendos surculos idonea invenitur. Ager quoque surcularius nempe surculis consitus et colonia lege maiorum Rei Rusticae l. Varro: Colonus in agro surculario ne capra natum pascat. Quae virgulta quoniam consectari solent Cicadae, mas quidem ut in iisdem coniugia celebret cantuque flammam accendat; foemina autem ut aridos ramusculos ad deponenda ova occupet, quae inter has specie maior, surcularia dici Plinius libro XI testatur. Praeter haec quodquod secundae notae semen cognomento eodem in cognitionem venit. Itaque surculus pro malleolo sane, ut apud Varronem R. R. I. Quod (sabulo) subalbus ad serendos surculos alienus. Apud Columellam libro III. Sed ubi plurimis vetus emeritis annorum stipendiis fideles surculos constituerit. ibid: Sed genus surculi probatissimum domi conserat, faciatque vitiarium. Libro IV. Altera ergo vinea fructuosis potius surculis inserenda erit. Multa alia ex Plinio possumus afferre, sed in re iam confirmata non est terendum tempus.

Sequuntur tenuiores stirpis rami, ac virgulta surculi appellata, qua voce crebro utitur Plinius, ut ipsius verbis verare ducor. Libro XVII de serenda Salice tradit: sed in hoc quoque providens natura facile nascenti, et depacto surculo, incuriosius semen ~~dedit~~ dedit. De propagandis Ficis: Hos ergo in surculis nodos cum seruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla. Et in Fico quidem dolabrale paxilli solo patefacto seruntur. Caveat tamen in iis quis credat paxilli ad surculos pertinere, ad quos referendum dolabrales manifestum. Paxillum instrumentum est quo aperitur ad deponenda semina solum; idcirco legamus: paxillo patefacto solo. Quod per se clarum, ex sequentibus: eodem paxillo (surculos) depressi et spissari, illustratur. Abrotanum etiam surculis propagari libro XXI ostendit: Abrotanum odore iucundo gravi floret. Est autem flos aurei coloris. Vacuis sponte provenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius quam radice, aut surculo. Sed cur Harduinus a veteri excusa scriptura vacuis sponte provenit recessit, interpretans vacuum vel quia semine vacuum, vel quia sine semine sponte proveniat? Quod utrumque minus verum; quod enim, ut praecipit Plinius, melius seritur semine quam radice aut surculo, vel semine vacuum, vel sine semine gigni dicemus? Quare ad veterem vacuis redeamus, et loca libera, stirpibusque carentia in quibus Abrotanum subit, intelligamus. Ne tamen unius scriptoris auctoritate niti videamur, ex aliis probatissima testimonia afferamus. In II de Oratore scribit M. Tullius: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos seras surculos.

Hac vacui notionem secutum video Georgicorum auctorem Lib. Georg. II + vacuos si sit digesta per agros.

Et M.

AB. Seneca Epist. CXII. Non qualibet insitionem vitis patitur: si vetus et exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum, aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius naturamque transibit.

Et M. Varro de re rustica libro I. In seminario quae surculis
consita, et cum molliora habent natura cacumina, ut Olea ac
Ficus, ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deli-
gata. Quod animadversum est Florentinis libris antiquis restituimus:
id vulgatum sit deligandis. De Ficis similiter haec a Varrone intro-
ponenda: Quaedam quod tardiora, surculis potius utuntur, uti
in Ficetis faciunt.

31

Proxima in communibus surculi significatio quae insitor de-
truncatas ad inserendum virgulas denotat. Postea, inquit Cato,
capito tibi surculum quod genus inserere voles. Columella lib. IV.
Tum considerato surculus teres, solidique corporis, nec fungosae
naturae. Temperatur ita surculus, ut calamo non assimilis.
Idem libro XI. surculi quoque silentes ad insitionem nunc prae-
cipue utiliter vacue leguntur. AB. His ex Plinii XVII unum exemplum
adiiciamus: Quidam huic generi miscuere fissuram in libris
exempta corticis tessella, surculo a latere plano adigendo.
~~Olea ita [illegible], quamvis [illegible]~~.

sed audiamus obiter quid Vergilii musa in Geor. II nobis de surculo insusurrat:
nec surculus idem
Crustumiis, Syriisque piris gravibusque volemis.

Item non desunt in rusticatione exempla quae surculos ad
ramusculi vocabulum, remoto insitionis ac satus usu, traducunt.
Germen ait Festus dici, quod ex arboris surculo nascitur. Varro
Rei Rusticae I. Mala Punica demissis suis surculis in dolia are-
na. Quae repetit Plinius lib. XV. Mala Punica M. Varro et in
doliis arena servari iubet, et immatura obrui terra in ollis
fundo effracto, sed spiritu excluso surculo pice illito.
Nobilitatur et iuris consultis surculum, quo ex possessione
aliqua ab arboribus defracto, delatoque ad praetorem, in eo
quasi in toto fundo ius ~~suum~~ clientis persequebantur. Hinc
exstant in Ciceronis III de Orat. haec praeclara: non ut recu-
peraret antiquam possessionem, sed ut ex iure civili surcu-
lo defringendo, usurpare videantur.

Talea etiam et taleola, ac claucola inter secunda semina recensentur quod ex ar-
bore praeciditur, atque in terram ad radicem capiendam de-
poni solent. Est autem ramus vel virga pedalis aut sesqui-
pedalis, (vel majoris longitudinis) utrinque secta. Taleas, inquit Cato, quas in scrobe
saturus eris, tripedaneas facito. Columella lib. III. complu-
res taleolas terrae mandaverunt, hoc est sarmenta in partes
divisa. Plinius lib. XVII. non inhumare taleas, aut siccare
prius quam serantur, utilius compertum. Verum quod siccare
si antiqua forma placet, scribendum sicare; si communis
atque urbanior, secare, nempe rescindere. Idem de
Myrto ac Moro: Myrtus et taleis seritur; Morus talea
tantum. Varro R.R. I. In oleaginis seminibus arbores viden-
dum uti sit de tenero ramo aequabiliter praecisum quas alii
claucolas, alii talias appellant, et faciunt circiter pedalis.
Non praetermittenda alia ex eodem Varronis libro, quae toties
inter medicos versata adhuc medicinam renoscunt. Similiter
Oleae semen cum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebantur
colis quam e taleis, ideo potius in seminario taleas, quas
disci, serimus. Ex Politiani commentariis, librisque vel calamo
scriptis, vel primitus forma excusis emendandum: nucleus in ma-
nuscriptis, vel primitus forma excusis emendandum
culeus: (taleas, atque e taleis in) talias atque e taliis ex prisca scriptura et aliis disci

[illegible] neque [illegible] imposuere

in discimus.

Virga et virgula cum sit gracile virgultum, talea surculique partes et nomen in satione tulere. Plinius lib. XVII de salice: Perticalis (ita a perticandis perticis salix major dicta) et virga, et talea seritur. Varro R.R. I. Rosa conciditur in virgulas palmares et obruitur. Haec eadem postea transferuntur talea [illegible] dic. Ipse de Cytiso: aut etiam de Cytiso duriores virgulta deplantantur. Et haec quidem ad semen, quae sequuntur ex Varronis R.R. I desumpta ad ramusculum spectare docebo: Mala Punica etiam immatura cum haerent in sua virga. Id profecto Columella libr. XII pediculum nuncupat. Pediculos Punicorum sicuti sunt, in arbore intorquent. Deinde: Granata leguntur cum suis pediculis. At Plinius surculum, et Varro alio in loco, ut diximus, item dicere maluere. Columella lib. IV

O de pampino inducto: cum deinde paulum indurueri[t] [illegible] virga; cum duriores singula desecantur — Vitis ad unam virgulam revocetur.

Calamus apud institores surculus est, videlicet resecta ad inserendum falce parata. Hoc usus Plinius libro XVII: inseritur autem Oleastris calamo, et inoculatione. Insigne in eo [illegible] calamum inserebant. Calami exacutio medullam ne nudet.

Vicissitudo de calamo et trunco

Malleolus virgineum semen secundum haberetur. Malleolus autem (ut Columellae verba ex libro III huc tradam) novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque, malleoli speciem praebet. Haud secus a Plinio libr. XVII describitur: solebat capitulatus utrinque a duro surculus seri: eoque argumento Malleolus vocatur etiam nunc.

Tot secundi seminis discriminibus expositis, ad primigenia semina est veniendum, quibus universa stirpium historia nititur, quibus praecipua differentia declarantur, quibusque germinantia quaeque sua principia, formam, decorem, ac potestatem quam maxime excellant, debent. Id a nostris primum bifariam discriminatur, in semen atque in fructum; quoniam ad generis constitutionem cuiusque natura maxime sunt necessaria ante omnia explicanda est, et per partes diligentius cognoscenda. Quod dum veteres confusum, et permixtum alterum cum altero [illegible] maluere, assecuti sunt, ut in singulis stirpibus [illegible], [illegible] quia in dubia historia nihil certi perspicere, et [illegible] cernere valemus. Quem enim [illegible] auctoritas in fructu non fefellerit, Theophrastum cum legerit de frumento scribentem περὶ φυτ. ἱστ. I. πλείω δὲ ἀκροκάρπια τῶν ἄλλων ἢ τῶν δένδρων, De Ferula libro VI. ἔχει οἷον [illegible] τὰ σταχυώδη. [illegible] ἐν ταύτῃ δὲ τότε ἄνθος [illegible] ὁ καρπὸς τινὰς [illegible] μεγάλας [illegible]. De Cha[illegible] De Cumino libr. VII. πολυκαρπότερον δὲ τὸ [illegible]. De Chamadry libr. IX. τὸν δὲ καρπὸν καθαίρειν χολήν. Dioscorides item quantas rudes quantasque stirpium confusiones herbariis non reliquit, fructum quod erat semen, et contra appellando. Puta de Gentiana libro III. καρπὸν δὲ ἔχων ἐν κάλυξι πλάτυν κοῦφον, [illegible] τῷ σφονδυλίῳ. De Elelisphaco quam Salviam vocant: καρπὸν δὲ ἐπ' ἄκρος τῶν καυλῶν ὥσπερ ὁρμίνου ἀγρίου ἔχει. De Chamadry eadem quam Theophrastus: [illegible] δεῖ

De Cnico utroque et de primo: καρπὸν δὲ ἔχει μέλαινα [illegible] μέγαν [illegible] πικρόν: de altero: καρπὸν δὲ ἔχει πικρὸν [illegible]

ὅτι ἐγκύμονα τῷ καρπῷ. De Anagyride: καρπὸς ἐν κερατίοις μακροῖς τὸ σχῆμα νεφριτόν. De Androsaemo: καρπὸς ἐν κάλυξι ὅμοιος τῷ τῆς μελαίνης μήκωνος. De Scorpioide: σπέρμα δὲ περιπέφυκεν ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ ὑπόδασυ κάτω νεῦον. ὡς καὶ τοῖς ἱματίοις ἐνίσχεσθαι ἐμπλακέν. De altero Aconito libr. IV. καρπὸς δὲ ἐν λοβοῖς ἐπιμήκεσι τρισίν. De Coryledone ἐν τῷ (καυλῷ) τὸ σπέρμα. Quid? Amomum etiam siliquarum acervum in Glycyrrhiza fructum constituit: καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, τραχύτερος, λοβοὺς ἔχων ὡς φακοῦ. Ignoscent quod minus mirari subit in Plinio qui multa huiusmodi Graecorum ex scriptis secutus in scriptibus [illegible] semina fructibus saepe immisto, ut Hypoglossi libr. XV. semine inter folia rubro. Rubia libr. XIX. semen eius rubrum est. Myrti libr. XXIII. Semen eius medetur sanguinem exscreantibus. Seminis succus alvum sistit, urinam ciet; Juniperi libr. XXIV. Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Asclepiadis libr. XXVII Folia hederae habet: semen securidica, quod a Dioscoride eadem intuetur ante, σπέρμα ὡς πελεκίνου scribendo, desumpserat. Vera tamen fortuito excidit in Salice (cuius semen priusquam ut maturum effunditur) ut fructum ex Homero acciperet, tamquam Vatis Odyss. κ'.

μακραί τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι

Ocyssime autem, inquit, salix amittit semen, antequam omnino maturitatem omnino sentiat, ob id dicta Homero frugiperda. Sed cur in Plinio maculas quibus ipse Columella a quo longe clarior omnia habemus, inficimus, colligendo innovamus. Non hic etiam libris VIII, et XII semen cum baccis semper fructibus confundit. Quo tempore, ait, matura sunt Myrti semina. Cum obiiciuntur Myrti et Lentisci semina.

Erunt tamen forsasse qui quod a nobis haud perspicuum videtur, laudi auctoribus tribuant. quandoquidem qui fructum nuncupandi stirpium foetum designat, eoque semen item continetur. Similiter qui semini quod fructus habendum, fructus nomen imponit, generationis primordium sumit, atque hoc principio fructusque et generationis ... concludit. Quod nos physica tractantibus aliis sinimus, hoc utroque concedimus. Sed aliud est φυσικὸν agere, aliud quod est ἱστορικὸν ac Botanικὸν pertractare. Illis omnia per summa capita, ac veluti principia persequi datum: hi nisi membratim quaeque sub oculos ponant, atque accurate minuta quoque efferendo describant, historici et botanici nomen amittunt. Itaque industria admodum curata, qui stirpium historiam condit, atque imperitos docendi munus obit, semen a fructu seiungere debet, neque in tanta verum obscuritate ambiguis vocibus decipiatur.

Nunc opportunum mihi videtur ea seminum vocabula contexere, quae vetustas ad usum protulit, ut industrius Botanicus auctoritate et similitudine securus certis vestigiis insistat, ne ad rustica ac barbara tempore delabatur. Igitur primum est granum videndum, quo plerumque semen, nonnunquam etiam fructum aliquem propter similitudinem antiqui indicarunt. Granum proprie frugum semen, ex quo Granarium locus ad servanda grana constituitur. M. Tullius libr. 1. de Divin. Midae, inquit, illi Phrygio cum puer esset, dormienti

[illegible] neque [illegible] [illegible]

formica in os tritici grana congesserunt. Varro de R. R. 1 in hordeo et tritico (spica) tria habet continentia granum, glumam, aristam — granum a gerendo: id enim seritur, ut spica gerat frumentum — e spicis in area excussa grana — quae singulis è spica excreverunt grana. Columella lib. II de frugibus: Granum autem rutilum, siccum et diffissum, si eundem colorem interiore habet, integrum esse non dubitabimus. Plinius lib. XVIII. Ex hordeo alterum caput grani in radice exit, alterum in herba quae et prior floret. — Grana Milii et Panici [illegible] membranis continentur — Grana in scopula [illegible] rosea spicantur. Veruntamen uox ad alia semina transfertur. Varro R. R. 1 Fici enim semen naturale intus in ea fico quae edimus quae sunt minuta grana. — Quare è re est potius in seminario surculos de ficeto quam grana de fico expedit obruere, praeter quam si aliter nequeas, uti siquando quis trans mare semina mittere, aut inde petere velit; tunc enim vesticulas per ficos quas edimus, maturas perserunt, et eas quum inarere [illegible], compi-cant, ac quo cidunt, mittunt. Sed illa vesticulas per ficos [illegible] [illegible] libris sic traducenda videntur: per vesticulas ficos. Ovidius Trist. V Eleg. 11.

Quodcunque seponitur grana paravit habet.

Plinius lib. XVII. Circa grano et propagine seruntur. Q. Serenus Samonicus:

Allia parva manu, Piperis tot permole grana.

Plinius lib. XXVII. Cocco Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior.

Neque satis usu ad semina determinanda adhiberi granum, ad fructus etiam traducere. Hoc de acino uvaceo Ovidius Trist. IV eleg. VI cecinit:

Vix quoque ut ostentis tumeat, facit uva racemis:
vixque merum capiant grana quod intus habent.

Hoc frequentius in malo Punico quod propterea Granatum dicunt, usurpavit ut Ovidius Metamorph. V

quoniam ieiunia virgo
Solverat, et cultis dum simplex errat in hortis
puniceum curva decerpserat arbore pomum.
Sumptaque pallenti septem de cortice grana
presserat ore suo

ut Scribonius Largus comp. CLXXXVI. Prosunt malorum Punicorum grana assidue data; ut Columella lib. IX grana mali Punici tunsa ut Petronius Arbiter: infra craticulam Syriaca pruna cum granis Punici mali [illegible] [illegible] recessere [illegible] ad thus, sal, et coccum traducere. [illegible] cato in vestigiis scribit dari bubus sanis [illegible] grana tria. Q. quoque Serenus Samonicus inter medicamenta salis et baccae granum refert. At Plinius coccum cum grano componit [illegible], atque expressius lib. IX Coccum Galatiae rubens granum — anniculo grano languidius succus: idem a quadrimo [illegible]. [BC] Latinique itaque et late cum per Latium grani vocabula pervagarentur, neque minus vernacula consuetudine nunc pateat [illegible] semina idem [illegible], iisdemque circumscribi [A B] Salmasius semina sua quaeque esse [illegible] denominanda, quorum nonnulla exempla [illegible] scriptoribus scripserunt. A

Prima granum et probatissima tritici est de quo Columella lib. II Prima, ait, et utilissima sunt hominibus frumenta, triticum et semen adoreum. Tritici genera complura cognovimus. Verum ex his maxime serendum est quod robus dicitur, quoniam et pondere et nitore praestat. Plinius lib. XVIII. Sunt autem duo prima earum (frugum) genera, frumenta, ut triticum, hordeum — In area excreverunt triticum, et siligo, et hordeum — Tritici genera plura quae fecere gentes. Varro R. R. 1. Quod far comparatum Campano? Quod triticum Apulo? — At triticum condi oportet in granaria sublimia — & conditum triticum manet vel annos quinquaginta.

Siligo item e tritico secernitur, quod in hac Cisalpina Gallia [illegible] sim seritur. Columella lib. II. Secunda conditio est habenda siliginis [illegible]

idem de Legumine: Granumque Faba Marsica. Petronius Arbiter: Partem leguminis super mensam effudit, iussitque me diligenter purgare. Servio ego imperio, granaque sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego.

« Tertullianus [illegible] de semine [illegible] de fructu [illegible] Virginibus [illegible] scribitur: Granum est primo et de grano frutex oritur et de frutice arbuscula [illegible]

idem de Hortorum cultu: Necubi sanguineis se floribus induit arbos Punica, quae rutilo mitescit tegmine grani.

B Glans item non unius arboris semen: nam in Quercu, Ilice, Subere, Fago, Ippocastano, et castanea invenitur, coriaceo cortice tecta.

BC) Sed lib. XXV granum aeque frugum speciem significandam non induxit, sed de Psyllio ibi scribit: Faba granis in cacuminibus, foliis canino capiti [illegible] simillimis, semine autem pulicis. [illegible] Dioscorides lib. IV [illegible] κεφάλια [illegible] in Plinio nemo [illegible] foliis canino capiti non dissimilibus [illegible] sic Dioscorides: [illegible] non dissimilibus [illegible]

cuius species in pane praecipua pondere deficitur. Cato in rusticis Siliginem, Triticum in loco aperto, celso, ubi sol quam diutissime siet seri oportet. Plinius libro XVIII. Frumenti genera non eadem ubique neque ubi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima Far, quod adoreum veteres appellavere, Siligo, Triticum — Siliginem proprie dixerim Tritici delicias: candor est et sine virtute, et sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiae sunt, et Galliae comatae. Siligo (cuius discrimina inter stirpes a nobis recensentur) haberi Triticum quod a Casp. Bauhino Pin.

33

A Siligine sationis tempore ~~secernitur~~ sejungitur, quod trimestre appellandum na[illegible] utrumque autumnali sidere a nobis per plures annos satu nulla differentia deprensa. Quare assentiri par est Columellae libro II scribenti: Triticum est trimestre, cuius usus agricolis gratissimus, nam ubi propter aquas, aliamve causam matura satio est omissa, praesidium ab hoc petitur. Id genus est siliginis. Tam insigni accedente quod inter Siliginem et trimestre triticum similitudine declaratus, triticum de quo disserimus, per hanc Cisalpinam Galliam vulgatissimum, ex quo candidissimus panis conficitur, manifesto argumento esse Siliginem constituimus.

Far sive semen adoreum qui in Tuscia inquiunt, longe a triticis discedunt; neque enim incernuntur grana, sed nervosa, quae glumis firmiter adhaerentibus vestita moliuntur, in [illegible]. Non temere hoc coniicimus, sed Columellam sequimur libro II tradentem: magis apte tamen id eiusmodi genus adoreum quam triticum servatur. quoniam folliculum quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet. Neque dissimilia ex Plinii libro XVIII habemus: In area excutiuntur Triticum et Siligo, et Hordeum. Sic enim seruntur pura, qualiter moliuntur (Peius metuntur quia tosta non sunt. E diverso Far, Milium, Panicum purgari nisi tosta non possunt. Itaque haec cum suis folliculis seruntur cruda. Et Far in vaginulis suis servant ad sata, atque non torrent. Et alio loco: Far quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua (nempe cum glumis) condi, et stipula tantum et aristis liberatur.[22] Probatur etiam ex seminis modo, ut idem Columella libro II expresse significat: Iugerum agri pinguis plerumque modios Tritici IV, mediocris V postulat: adorei modios IX, si est laetum solum, si mediocre, X desiderat — Tradunt [illegible] copiis eorum qui bene arant in singula iugera Tritici V adorei VIII modis observare praecipiunt. Adiiciamus alia libro XI: Et quoniam sementis mentionem facimus, non intempestive quantum cuiusque seminis iugerum agri recipiat referemus. Iugerum agri recipit Tritici modios IV vel V. Farris adorei modios IX, vel X, ordei modios V, vel VI. Quod Farris grana glumis induta maius spatium quam nuda triticea, tenent, propterea in serendo mensura duplicatur, ne sementis nimis rara prosiliat.[20] Conveniunt Plinii quoque monita quae ex libro XVIII huc traducam: serere in iugero temperati soli iustum est Tritici aut Siliginis modios V, Farris aut seminis (quod frumenti genus ita appellatur) X, hordei VI. Itaque Far, ut nostri nunc [illegible] vocant, Hordeum cuius grana per trituram glumas non deponunt, sed tenaciter servant, dicendum. Farris sive adorei vel seminis adorei quatuor discrimina Columella libro II recenset.

I Far quod appellatur Clusinum candoris nitidi.

II Far quod vocatur vennuculum rutilum

III Far vennuculum candidum utrumque maioris ponderis quam Clusinum.

IV Semen trimestre quod dicitur Halicastrum. Idque pondere et bonitate est praecipuum.

De his quia coniicere haud alienum erit: verba autem proferre quam...

22) Far quod in spicis condideris per messem, et ad usus cibarios expeditius velis, promendum hieme, ut in pistrino pisatur, ac torreatur. Messum Far promendum hieme in pistrino ac torrendum quod ad cibarium expeditiorum esse velis.

20 Varro similiter libro I R.R. auctor est seri fabae modios IV in iugero, hordei VI, Farris X.

...Galicus ~~nota~~ haviebaria, neque Sacouca inyiosrevis

uis recurimas fruges et diligentius perquisiuerim, et sedulo consecutim ac colam, non ulla mihi fiducia esse potest, ut frumenta tum tare discernantur. Tria recensemus Farra, in quibus grana glumis tenaciter concluduntur. Primum spica Tritici, aristis mutilatum, glumis sociata sequentibus, quod ad Clusinum potest quodam modo referri. Inter Farra sine dubitatione tenetur, siquidem etiam Plinio libro XVIII Far sine arista esse. Appellatur ... Casp. Bauhino ~~...~~ Zea dicoccos ... inter hoc Far et Zeam ... vel Zea major Theatr. 412 ... frumento recensetur, quod idem Bauhinus. Alterum Far non longe ab ... Germanica nuncupat, spica Tritici, Theatr. 421 Zeocrithon sive Oryza Germanica ... aristis ciliata, compressa, nitida, grano glumis cohaerente. Sed et majus et minus nouimus, coloris in spica nunc rubri, nunc albi. Multis in regionibus colitur, ideoque a Germanis, Graecis, Illyricis, Siculis, Romanisque saepe nobis transmissum. Spelrone vulgo innotescit, quamuis a Zea siue Spelta plurimum discriminatur ... Columella uernaculum, siue ut libro XI seruatur, uernaculum idem se affirmare non ausecim, non multum esse dissimile cognosse satis habeo. Verumtamen ad Graecorum Olyram, siue Galliarum Arincam, pertinere etiam, ... ostendam, sed conjecturas (quid enim aliud in re adeo dubia possum afferre?) ... tuam auctoritate confirmare conabor. Scribit Plinius libr. XVIII. Arinca Galliarum propria, copiosa et Italiae est. — Est Arinca dulcissima, ipsa spissior quam Far, et major spica, eadem et ponderosior. Raro modius grani non XVI libras implet. Exteritur in Graecia difficulter, ob id iumentis dari ab Homero dicta. Haec est quam Olyram uocat. Arinca igitur eademque Olyra cum sit ponderosior quam Far, cum Farre uernaculo Columellae concenit, quod majoris ponderis quam Clusinum hic auctor esse confirmat. Quis item nescit Zeocrithon Bauhini spica majus quam Far sive Zea major, grani quoque ... ponderare? Grana ... nic ... gravioribusque pendere ... significat Plinius ... sed nota glumis purgari ... ... Theophrastus confirmat, assentitur Columella atque auctoritate nobilior Theophrastus confirmat. In Zeocritho autem grana qui Far uernaculum inter Olyram concludit. ... tenacibus glumis uestiri nemo ... ab agricultura studio remotus ignorat, quandoquidem hac de causa quia ... difficilius purgantur iumentis plerumque ~~...~~ ceduntur, ut de Olyra Iliad. V canit Homerus

~~...~~ δὲ καὶ λευκὸν ~~...~~ καὶ ὀλύρας

— Παρὰ δὲ σφὶν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι.

ἕστασι, κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι, καὶ ὀλύρας.

Quare mendosissimus Plinii Liber XVIII posteriorum cura existit, ubi legitur: Hordeum maxime nudum, et arinca, sed praecipue auena; in antiquis enim Alica non arinca habetur. Verumtamen si ad Theophrastum a quo sumpsit Plinius, oculos et cogitationem conuertimus, inueniendus est locus, quem hoc modo ... habemus: Tunicae frumento plures, hordeum maxime nudum, et arinca, sed praecipue auena, et hoc ordine, ut ... monet Pintianus, constituendus: Tunicae frumento plures, et arinca, sed praecipue auena. Hordeum maxime nudum. Ex his Theophrastus hist. plant. lib. VIII ratio ... consequitur: ζεὰ δὲ καὶ ὁ μὲν (nempe πυρὸς) ἐν χιτῶσι πολλοῖς. ἡ δὲ κριθὴ γυμνοσπέρματον ἡ κριθή. πολύλοπον δὲ καὶ τίφη καὶ ἡ ὀλύρα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα πάντων ὡς ... ὁ βρόμος. Omnia mihi diligentius perpendenti nonnulla in Plinio ... ... uidelicet: Tunicae frumento plures, hordeum maxime nudum ... (Tunicata tiphe) et Arinca, sed praecipue auena.

Seuticum Farris discrimen quod semen trimestre, atque Halicastrum Columella uocat, in Zea adnotare non ita ambigimus ... Plinii libro XII haec memoriae ... succurrunt: Quae Zea utuntur, non habent Far (Clusinum scilicet) Est et haec in Campania maxime, semenque appellatur. — Alica fit e Zea quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea, ne duritia lapidis conterat, mobili ut notum est, pilo, uinctorum poenali opera CC. Quare quod apud Graecos Zeia

Tiphen societatem et coniunctionem, ut ab antiquis traditur, inspexerint, quando similitudine inter esse ... probatur. Nos primum duo summa genera frumentacea cum Theophrasto constituat, primum Triticum, atque Hordeum, alterius Tiphen, Olyram, Zeam, neque plura Columella (Siligo enim Triticum est) quo sine referenda quae quaerimus, facile intelligit. Tria enim Columella Farra quadam ratione cum Tiphe, Olyra, et Semina trimestri conuenire uidentur. Et Tiphe, de qua a nobis id inscriptum est commentariolus, inter Farra inuenimus, quod grana glumis induta producat, ut libro II memorat Theophrastus: ὅσον ἡ τίφη καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν εἰς πυρόν, ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρωνται. Item libro VIII πολύλοπον δὲ καὶ ἡ τίφη καὶ ἡ ὀλύρα. Praeterea ut Theophrastus scribit, ἔστι δὲ ὅμοια ταῦτα καὶ ὁμοιότατα τοῖς πυροῖς. Supra Zea major, et Zeocrithos ... quo secunda loco ... sed ... Triticum similitudi... ... accedunt, cum Zea ... Tritico ... cognatione, et specie non ... referatur. BB

OO Perpendamus et Galenum libro I de Alim. docentem: τὸ δὲ σπέρμα τὸ τῆς τίφης ἔχει μὲν ... κέλυφος ἔξωθεν λέμμα καθάπερ καὶ ἡ ὀλύρα καὶ κριθή. Quae historia definitur: Olyra ... τῷ χροιᾷ καὶ τῇ πυκνότητι καὶ

BB Exponenda enim sunt uerba Galeni ... quibus Tiphes historia ... ὀνομάζοι πυρὸν μικρὸν τὴν τίφην ... Quod Tiphes granum minus sit quam Triticum, ... ἀπαθάνειος ... δυνάμεως ἐοικυῖαν αὐτοῖς. ... mutilatum Farris forma, qui hoc Far et Tiphen θερμότητι τῆς δυνάμεως ... sed colore simile, neque alia inueniatur ... cognatione magna atringeque inter se sociari non infitiabitur. idem esse ... καὶ ἡ ὀλύρα δὲ

AA Propterea apud Dioscoridem Olyra Zea subiicitur, ut libro II Legimus: καὶ ἡ ὀλύρα δὲ ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζειᾶς. Zea quoque proximam Olyrae statuit Seiclas ... At Hesychius quid sit Olyra non plane diiudicat: ὀλύρα cons: ὀλύρα, ζεία εἶδος σπέρματος, οἱ δὲ αὐτὸ κριθὴν, ἄλλοι καρπὸν εἶδος σπέρματος, ἢ βρῶμά τι μεταξὺ σίτου καὶ κριθῆς. τινὰ σιτώδη, ζειὰς τινὲς ἢ ζέαν.

CC Adiiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, et tragos externa omnia ab oriente inuecta, Oryzae similia. Tiphe et ipsa eiusdem generis, ex qua sit in nostro orbe Oryza. Apud Graecos est Zea. Tradunque eam ac Tiphen cum sint degeneres, redire ad frumentum si pista seruantur. Quae quidem uitiata circumferuntur; illa enim siligo exceptitia aliene quondam in margine notata, ad illa quae supra scripta sunt: Far sine arista est. Item Siligo exceptita quae Laconica appellatur. Deinde, his subditis, Legendum: Tiphe et ipsa eiusdem generis. Est quo fit in nostro orbe alica, apud Graecos est Zea. Quod ex alia is manifestum item ex sequentibus libri XXII, Zea ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea uidetur, trimestris mollior.

tanta cum sit, ac propria Halicastri cum Zea, sicut ... uocetque appellat cognatio ... praeclaro Plinii testimonio ... ...

... idem ac ... [illegible]

Zea, semen ~~ἀρσὸς~~ Latinis appellabatur, Spelta nomine omnibus nunc notum. Farris quoque sicut Adorei genere continetur Zea, ut Olyra item; quoniam Zea grana pila tunduntur, ut a glumis depurgentur. Ideo Asclepiades apud Galenum libro κατὰ τόπους IX scriptum reliquit: Φάρος ὃ καλοῦσι ζέαν, ἀλληλεσμένος. In auctoribus etiam Glossis
34 docetur: Far ζεία, ὄλυρα: Ador ζεία, Ador ὄλυρα.

Satis, ut opinor, non dubiis signis ostendi Zeam majorem Bauhini ad Tiphen, Zeocrithon ad Olyram, semen nitentem ad Zeam sive Speltam quam proxime accedere, atque eadem Farris appellatione comprehendi. Propterea cum a Tritico granis tenaci gluma contentis separentur, ab hordeo vero tum spicarum forma, tum granorum figura longe discedant, tria genera veterum Tiphes Olyrae, ac Zeae nomenclaturam constituam, de variatione consuetudinum, atque opinionum claritate posthabitis. Quorum causa Farris vocabulum permiscere haud opportunum visum, non solum quia Far tria illa genera complectitur, verum etiam quia anceps et ambiguum apud Latinos vagatur. Non enim semper stipis ac propriis stipulis granum, sed etiam quod ex Tritico, farre, atque hordeo in cibum paratur, id quoque Far dictum. Ex Arrigine in Aetii libro IX haec notata invenio: Τὸ δὲ λεγόμενον ῥωμαϊστὶ φὰρ ἐν τοῖς τῆς ῥώμης μέρεσι σκευάζεται οὕτως· σῖτον πρὸς ὀλίγον βρέξας ὕδατι. Ex Tritico similiter Far parari ostendit Columella qui inter boum medicinas libro VI haec praecipit: Eiusdem vertices diligenter lotae, et cum farre triticeo permixtae vinoque datae vetustissimam tussim discutiunt. Quibus si quis ex ipsius Columellae libro VIII apposuerit: eosque ut fastidium efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta, quae cum farre triticeo minuto cocta obiicitur esurientibus, non Columellae auctoritate, sed librariorum protervia nititur. Antiqua enim hordeo tritico, non farre triticeo, primum ab Jensonio, et Brugsitio excusum, ac Politiani, Goesiique codicibus et nostro confirmatum: alterum ab eodem Politiano ex veteris libris depromptum. Quorum utrumque fuisse arbitror hordeo et tritico, sive potius cui sequatur minuto; hordeo trito minuto. Sed non oscitanter haec de Gallinarum cibariis ex eodem libro sumpta ad far triticeum referenda: Obiiciantur nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei. Ut ex Tritico far, ita ex hordeo. Columella de pullis nutriendis: Post haec caveae cum matre claudendi sunt, et farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino resperso modice alendi. De Pavonibus: Primisque diebus alantur hordeaceo farre vino resperso. His mandata frugum grana ac granorum frusta et hactenus far appellari ~~possumus~~ facillime perspicere.

Nunc reliquarum frugum nomina persequar, et primum Ordei quod iis quae proposui, proximum sua appellatione in semine etiam servat, et eiusdem. Quibus alia adiici possunt, ut ex Columella lib. VI. Si sanies est macies, celerius torrefacto tritico, quam ordeo, reficitur — immixtis ordeo furfuribus dum conscescat faba, et puro ordeo ali. Et ex Plinii lib. XVIII. Antiquissimum in cibis ordeum — Graeci perfusum aqua ordeum siccant una nocte. Denique ex Varrone R.R. III. Pascuntur omne genus, obiecto frumento, maxime ordeo. Itaque Seius dat in menses singulos Ordei singulos modios.

De Secale ita scribit Plinius eodem lib. XVIII. Secale Taurini sub Alpibus Asiam vocant, deterrimum, et tantum ad arcendam famem utile — et tamen sic quoque ingratissimum ventri est.

Frugum nostra aetate nobilissimae Oryzae nomen etiam ad semen transtulit

~~nostras~~ barbaria, neque Italica imposuere

Plinius lib. XVIII, his in suos commentarios produceris: Italica maxime qui-
dem oryza gaudent (Indi) ex qua ptisanam conficiunt. Columella lib. II hoc modo: Panis
Militar et grano dici et Panicum confirmat. Columella lib. II hoc modo: Panis
ex milio conficitur — Milii sextarii IV totidemque panici bubulcorum operas
occupant IV — panicum pinsitur et evolutum furfure, sed et milium quoque
pultem quamvis in copia, maxime cum lacte non fastidiendam praebet.
Ex Varro R. R. I. sic conditum triticum manet ad annos L: Milium vero
plus annos C. Nec secus Plinius lib. XVIII. Milii praecipuus ad fermenta
usus — milio Campania maxime gaudet, pultemque candidam ex eo facit.
Panico Gallia quadam praecipue Aquitania utitur. Sed et circumpadana
Italia addita faba.
Avenam semen utique appellari inter vetustos auctores testatur Plinius
lib. IV. Feruntur et dona in quibus ovis et avenis ... Et
lib. XVIII de farragine scribit: Melius et avena Graeca, cui non cadit semen,
admixta.
Neque in leguminibus defuit veterum cura, ut continuo declarabo:
Faba et scripis et grand. Scribonius Largus comp. CLIX. Faba molita cui suis
calculis. Cornelius Celsus c. XVIII. Faba fresa P. I — eidem faba quoque
imposita proficit. C. XXV Ad nostrae fabae magnitudinem. Plinius lib. XVIII
Faba crassioribus tunicis operitur — inventus est iam et scapus centum
fabis onustus. Varro R. R. I. Faba et legumina in oleanis vasis oblita cinere
per diu incolumia servantur.
Lens. Cato: Lentim quomodo servari oporteat. Columella lib. II. Quando-
cunque in usus promiserimus, integram lentem vel ... — Lentis se-
quimodius totidem operas desiderat.
Pisum. Varro R. R. III. Delectantur (columba) milio, tritico, ordeo, piso, pha-
seolis, ervo. Columella lib. XI. Pisi modios tres vel quatuor.
Cicer. Columella lib. II. Ciceris modii III operis totidem seminantur. Lib.
Itemque Punicum cicer, vel hoc ... , nec minus ordeum et cicercula
condita ex horreo promantur. Plinius lib. XVIII. Ciceri tantum nullae bestio-
lae in horreis nascuntur. Q. Serenus Samonicus:

Nec nocuit ciceris cocti probasse liquorem.

Cicercula. Columella lib. II. Cicercula quae piso est similis, mense Januario
aut Februario seri debet loco laeto. Lib. VI. Vel cicercula macerata se-
modios. Plinius lib. XVIII. Cui fieret autem panis ordeaceus, erviliae aut
cicerculae farina ei praeferebatur.
Cicera. Columella lib. II. Cicera bubus ervi loco fresa datur in Hispania Bae-
Cicera vel cicercula modii IV operas bubulcorum tres postulant.
Ervila et Ervilia ab ervo quod est ervum semine majori, ex Plinii loco quo in
cicercula usi sumus, demonstratur. Varro R. R. I. Serundum viciam, lentem,
cicerculam, ervilam.
Vicia. Varro R. R. I. hiebus post paucis obicere hic viciam molitam. Cato: Viciae
modios XXX seras. Columella lib. XI. Viciae pabularis modios VII vel VIII.
Ervum. Celsus cap. XXV. Quod ervi magnitudinem habet. Columella lib. II. Sed
ervi duodecim librae satisfaciunt uni iugo, cicerae sexdecim — Ervi modii X
totidem operis consumuntur. Plautus Mostell. Act. I. Sc. I

Grum. Ervom daturin' estis, bubus quod feram?
Tran. Ervom tibi aliquis cras faxo ad villam adferat.

Lupinum et Lupinus. Cato: Lupini modios CXX. Varro R. R. II. Et dandum bubus lupinum. Cels.
cap. XXV. Quod lupini magnitudinem habet. Columella lib. II. Lupini mo-
dii X obruuntur una (opera). Lib. VI lupini semicrudi conteruntur. Lib.
seccaque praebetur madido saturata lupino

Boves per hiemem (lupinum coctum maceratumque probe alit. —)

Phaseolus. Columella lib. II. Phaseoli modii IV obruuntur — Ab hoc tempore
sesus terrae mandabitur. Lib. XI. Phaseoli modii IV.
Foenum Graecum idemque siliqua. Plinius lib. XXV. Farina foeni Graeci cum
ordeo, aut lini semine decoctam aqua mulsa contra vulvae cruciatus su-
iecit. — Theodorus foeno Graeco miscuit quartam partem purgati nas-
turtii acerrimo aceto ad lepras. Columella lib. II Siliquae modii VI vel
totidem operis obruuntur. Lib. XI. Siliqua modios VI.

Lini

[illegible] Arbor.) Sorbus. Tilia idem ac coliculus. Columella libr. VI: omnis autem nunc una radi-

Linum. Columella libr. II. Lini X modii vel VIII quartum iugis conseruntur

Medica Columella libr. II. At medica obruitur non aratro, sed, ut dixi ligneis rastellis. Libr. XI. Medica singulos cyathos. Varro R. R. I. Si est natura temperata terra, scribunt opus esse medicæ sesquimodium.

35

Sesamum. Celsus c. XVIII. Sesami fricti acetabulum. Columella libr. II. Sesami sextarii VI tribus iugis a proscissione coluntur — Sesama quæ rigantur, maturius, quæ carent humore ab æquinoctio autumnali serenda sunt in idus octobris.

Cannabis. Columella libr. XI. Cannabis grana VI in pede quadrato ponuntur.

Lolium utique quamvis nullibi cultum, nomen obtinuit; nam de semine scribit Columella libr. VIII. Potest etiam Lolium decoctum obiici gallinis — commodissima (columbarum) cibaria putantur vicia vel ervum, tum etiam lenticula miliumque et lolium. Haud aliter Plinius libr. XXII. Infœlix dictum est a Virgilio lolium. Hoc tamen molitum, ex aceto coctum impositumque sanat impetigines.

Nonnulla post hæc ex hortensibus commemoranda sunt, quorum semina quippe crebro usurpata, a suis stirpibus appellationes invenere, ut

Sinapi de quo Columella libr. XI. Allium, cepe, capitula, sinapi conseri debent. Libr. XII. ad egaritianenis sinapi — Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso utetis

Rapum, raphanus, napus Columella libr. XI. Itaque rapum, et raphanum, et napum melius existimamus subacta terra obrui.

Propertius libr. IV El. II. tumida cucurbita ventre.)

Satureia, cucumis, cucurbita, capparis Columella libr. X — spargantur

et satureia thymi referens, thymbraque saporem.

et tenero cucumis, fragilique cucurbita collo.

Libr. XI. Item ut maturius nascatur, cucumis cucurbita, capparis serenda est. Plinius libr. XX ut urina, aut cucumi cocto. Virgilius Georg. IV.

Nasturtium Columella libr. X

Crescere in ventrem cucumis.

spargantur cæcis nasturtia dira colubris.

Plinius libr. XXV. Theodorus fœno græco miscuit quartam partem purgati nasturtii

Papaver. Cato. Papaver inviato. Horatius de Art. Poet.

Ut gratas inter mensas symphonia discors,

Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver

offendunt.

20) Celsus Part. II c. XVIII. Tertiam præstat cumini farina — Cumini acetabulum. Columella libr. VII. Sicut cuminum tritum pari pondere cum cerato aquaque misctum, et illitum. Q. Serenus Samonicus: Seu salibus tritis adde, et tenue cuminum. Plinius libr. XXIII. Tesnum inflammationi cum farina cumini aut coriandri imponuntur. Libr. XXVII. Cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutiunt.

Coriandrum, cuminum, fœniculum. Cato. Addito — coriandrum, cuminum, fœniculum. Q. Serenus Samonicus:

Mollis odorato faba iungatur coriandro.

20 Anisum. Cato. Anisum, cuminum — addito. Celsus cap. XXV. Anisi, Myrrhæ singulorum P. I. Columella libr. XII. Et admiscent torrefacta semina cum aniso Ægyptio. Plinius libr. XX. Et anisum adversus scorpiones ex vino bibitur.

Petroselinum. Celsus cap. XXV. Petroselini P. IV

Careum. Columella libr. XII. Hæc autem sunt careum, cuminum, semen fœniculi, Anisum Ægyptium.

Gith. Plinius libr. XVIII. Gith ex Græcis alii melanthium, alii melanspermum vocant. Optimum quam acerrimi odoris, et quam nigerrimum.

Anethum. Plinius libr. XX. Ferula semen anetho simile habet — Et anethum quoque ructus movet, et tormina sedat. Q. Serenus Samonicus:

Contritumque simul cum mastiche confer anethum.

Plura quorum usus accessit, desideranti vetera monumenta sufficiat: quippe non modo seminibus a stirpe dessumptum nomen attributum videmus, verum etiam aliis partibus quæ utilitate vel pulchritudine nobilitabantur, matris appellationem datum. Ideo flores rosa, hyacinthus, viola, lilium narcissus, crocum vocati: succi saccharum, balsamum, sagapenum, silphium, galbanum, euphorbium, Viscum, glaucium, acacia, tragacantha, aloe: radices Asarum, elleborus, aristolochia, cyclamen, chelidonia, cyperus rhabarbarum, rhaponticum, glycyrrhiza: lacrymæ thus, myrrha, styrax, bdellium: ligna Cinnamomum, agallocum, ebanum: cortex casia, macir. Folium malobatrum. Quæ propterea referenda sunt oppinatus, ut stirpium

[illegible] barbaria, neque Italica imposuerunt

cultores ad certera exempla respicientes non modo fructus et semina sed et alia ex stirpibus, siquid nobilitate praestat, materno stirpis nomine designent, eoque ita utantur, ut barbara Latinae consuetudini appareant. Quo enim magis stirpium numero res Botanica crescit, eoque amplificatur; eo quisque pro virili conniti debet, ut, omnibus membris concinne atque ornate dispositis, inter ceteras disciplinas elegantia et dignitate emineat desideliosque ad se decore ac praestantia concurrat; Sed iam alia semina prosequendo aggredior.

Cato: neque nucleis ad oleum ne utatur — nucleos in segetem ne indideris — Iterum De nucleis succernito. Varro R.R. libr. I. Similis de causa dicitur semen cum sit nucleus. Columella libr. XII. Ne nucleus qui saporem olei vitiat, confringatur. Ulpianus Digest. libr. XL Tit. de Verb. Signif. Ligni appellatione non continentur nuclei olivarum, balani, et siqui alii nuclei.

Nucleus et nucleus tanquam nucula semen habetur cortice duro tectum, ut in amygdalis, corylis, iuglandibus, pineis, pistaceis, persicis, cerasis, prunis Plautus Curcul. Act. I. Sc. I. Qui e nuce nucleum esse vult, frangat nucem. Idem Capt. Act. III. Sc. IV. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Sed nomen ad alia semina duro operimento clausa transfertur. ideo de nucleo qui vinaceo tenetur, ita scribit libr. XXII Plinius: Nuclei acinorum eandem vim obtinent — Vinacei per se minus capiti aut vesicae nocent. Non secus haec in eodem loco interpretari oportet: nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. Idem auctor de staphidagria scribit, gigni ossiculum ceu uvas quas acinos, viriles, similes ciceri: in his nucleum triangulum — his nucleis ad purgationes uti non censuerim. Quod Plinius nucleum, Dioscorides κόκκον appellat. De cachryo haec apud Plinium libr. XXVI leguntur: semen ferens, odoratum, ceu libanotidis, rotundum: siccarum [illegible]. Habet interius nucleum candidum.

Vinaceum γίγαρτον semen in vite vinifera quem vernacula consuetudini vinacciolo vocamus. M. Tullius de Senect. Omitto enim vim ipsam omnium quae generantur e terra: quae ex fici tantulo grano, aut ex acini vinaceo aut ceterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet. Columella libr. VIII de Gallinarum cibariis: vinacea, quamvis tolerabiliter pascant, dari non debent. Libr. XI. Itaque optimum est (quod nos facimus) ipsam naturalem contemplari maturitatem. Naturalis autem maturitas est, si, cum expresseris vinacea quae acinis celantur, iam infuscata, et nonnulla prope modum nigra fuerint; nam colorem nulla res vinaceis potest afferre. De Arbor. libr. Semina (ad vitarum) autem eligito grandi acino, tenui folliculo, paucis minutisque vinaceis — Effecta vitis tales uvas sine vinaceis creabit. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. I de vitis semine: καθάπερ ἡ τὸ γίγαρτον. Dioscorides libr. V de uvis: τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν γίγαρτα στυπτικὰ στομάχῳ.
Sed vinaceus et vinaceum uva calcata atque expressa sive ipsius massa etiam vocatur, vinaccia Italis, et Circumpadanis graspa. Cato. X dolia ubi vinaceos condas — vinaceos cotidie regestos subcernito. Varro R.R. I. Et in dolia plena vinaceorum contruduntur. Columella libr. XII. Ut cum uvas legeris, et calcaveris, priusquam vinacea torculis exprimantur, mustum in eodem affundas.

Frumenta ficorum semina κεγχραμίδες Graecis. Plinius libr. XVII. Caprificorum maxime laudantur nigrae, et in petrosis; quoniam frumenta plurima habeant. Libr. XV. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. I de fico: αἱ δὲ κεγχραμίδες ὥσπερ κοινόν τι πάσι.

Lappa semen vocatur cortice hamato vestibus ac lanis haerens. Plinius libr. XXV de cynoglosso: Quae ferat lappas minutas. Ovidius de Ponto libr. II.

Mixta tenax segeti crescere lappa solet.

Quibus Stelsines vel Caucalidum semina significare videtur. Lappa etiam vocatur caput in personata ex aduncis philyris compactum. Plinius libr. XXV. Personatam vocant cuius folium nullum est latius grandes lappas ferentem.

Pituis et Pinocchio nucleus pineus pinastri. Plinius libr. XV de nucibus pineis: Quarum pityida vocant e pinastris singularis remedii adversus tussim. Dioscorides libr. I. Πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων ἢ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Caelius Aurelianus Chron. libr. III. Nucleo pineo quem Graeci Πιτυΐδα vocaverunt.

Samera Ulmi semen. Columella libr. V. Atiniam Ulmum Tremelius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falso est opinatus. De Ulmo serenda: Sameram deinde quae iam rubicundi coloris erit, et compluribus ~~diebus~~ insolata diebus iacuerit, ut aliquem tamen succum et teporem habeat, iniciemus aureis. At Plinius libr. XVII. Ulmorum prius quam folio vestiantur, samera colligenda est circa martias calendas, cum flavescere incipit. Deinde biduo in umbra siccata serenda. Quibus quae ex Columella exscripsimus

(Plin. de Arbor.) Scobis, filius idem ac coliculus. Columella libr. V: omnis autem haec una radi- cis vitissimas, citri coagulanour. Asseri Plinius semen bicluo in umbra antequam seratur, esse serendam: Columella per plures dies eandem praecepit prius insolari oportere. Perarsila igitur semina seritur. Itaque non uera illa: ut aliquid tamen succi et seminis habeat. Quare ex Lipsiani codice a Gesnero neglecta recipiamus: et compluscas dies in sole ita iaceat, ut aliquem tamen succum et seminis habeat. Idem Plinius Lib. XXI

Oc XVI. Acinis (Vitis) non ferunt semina: ita uocatur Vitis semen.

36

Tria semina sunt etiam quae nomine proprio appellantur, cum multa in unum conueniunt, ut thalamus in Fragariis. Fraga enim appellatur, quia edulis. Plinius libr. XV. Aliud corpus est terres- tribus Fragis, aliud congeneri eorum unedoni. Libr. XXV. Quinquefolium nulli ignotum, cum etiam fraga gignendo commendetur. Virgilius Ecl.

Qui legitis flores, et humi nascentia fraga.

Ouidius Metamorph. libr. III.

Ipsa tuis manibus siluestri nata sub umbra
Mollia fraga leges.

Seneca Hipp.

et fraga parvis uulsa dumetis cibos
faciles ministrant.

Idem morum immaturum Ricinum appellatur a Gr. gat. II. cis testatur Plinius libr. XXIII. Mori germinatione, cumque in folia exeant, sinistra decerpsit. Obtrere stercora poma, uicinos Graeci uocant.)

Morum quoque simili de causa seminum sedes succo referta. Horatius libr. II.

ille salubres
Aestates peraget qui nigris prandia moris.

Propertius libr. IV Eleg. II.

Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
Cernis, et aestiuo mora rubere die.

Ouidius Metamorph. III.

Arboreï fetus aspergine caedis in atram
uertuntur faciem, madefactaque sanguine radix
purpureo tinxit pendentia mora colore.

Plinius libr. XXIII. Mora in Aegypto et Cypro sui generis, ut diximus, largo succo abundant. Varro R. R. II. uti ex arboribus ac uirgultis decarpendo glandem, arbutum, mora, pomaque contigerunt ac esum. Porro in Rubo cum appositis magis thalamus rubus dicerentur, ut a thalo nelud a Rivo riuus, a Ceraso cerasum, et mori similitudine nomen sumptum est. Plinius libr. XVI. Rubi mora ferunt, et libr. XXIV. Mora quae in his (Rubis) na- scuntur. Ouidius Metamorph. I.

quod adhuc uulgus uocat mora rubi moriqua rubi appellando.)

Cornaque et in duris haerentia mora rubetis.

Pila et Pilula semina in siccam sedem coarctata. Scribonius Largus comp. II. Et Platani pilulae similiter aceto incoctae. Q. Serenus Samonicus:

ut in Platano, Sparganio, Globularia, Scirpo)

Concussa in cinerem Platani pila curat utrumque.
Aut Platani pilulas acri infunderis aceto.

Galbuli quoque propter figuram pilulae dicti. Plinius libr. XXIV. Ergo e Cupresso foemina (mas enim ut diximus, non gignit) pilulae collectae quibus dicuntur mensibus, siccantur sole, rumpuntque emittuntque semen. — Pilulae aduer- sus serpentium ictus bibuntur.

Improprie autem (ideo non attendenda auctoritas) pila pro bacca, et pro gala usurpata, Plinio libr. XXIV de Iunipero scribente: Marum semen cum uino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis XX in uino. Et de gala: Roboris pilulae ex adipe ursino alopecias capillo replent.

De singulis seminibus nonnulla adnotare inter necessaria succurrit.

Embryo, uel Cortex seminis uel Rudimentum.

Semen pinnatum quod in uillosam caudam desinit, ut in Clematitide, Pulsatilla, Caryophyllata.

Semen alatum membranacea ala praeditum, quale Bignonia, Siler, La- serpitium, Acerque ferunt.

Semen uel totum solidum est, atque insectum, ut triticum, ordeum, secaleque quae non duplici semine esse surgit Columella: uel in duas partes quas paren- chymata appellamus, diuiditur, ut faba, lens, pisum quae duplici semi- ne esse eodem auctore produntur. Columella libr. II. Omne autem fru- mentum, et ordeum quidem simplici. Denique non duplici semine est, simplici a radice ad quartum nodum emittit. — Priusque quae duplici semine sunt, ut faba, ci- ser, lenticula diebus XL florent. Verum et duplici semine Amygdalum, Glans, Nux Pontica

Parenchymata igitur seminum partes binae quibus componuntur, ut etiam in Cucurbitis ceu Jasmini, Lauri

Ilium omnium, ut Anatomici uocant, quod semini adhaeret. Festus Hilum pu- tant esse quod grano fabae adhaeret, ex quo nihilum et nihil.

umbilicus nostra varia, neque Tacouca impostere

Funiculus umbilicalis sumpto ab animalibus vocabulo, qui altero extremo cum hilo, sive, ut vocat Malpighius, amnio; altero cum chorio committitur.

Chorium pars adhaerens umbilicali funiculo, et fructui sive utero coniuncta.

Umbilicus in semine pars cui hilum affigitur, et per quam nutrimentum semini ministratur, ut manifestius in nonnullis Leguminibus apparet, ceu in Faba Phaseolis, Piso, et clarius in Coriando, unde nomen

Oscillum germen in semine quasi gemma, ex quo stirps emicat. Columella lib. II. Vermes gignit qui simul atque oscilla supinorum adederunt, reliqua pars enasci non potest. Id a Plinio lib. XVIII umbilicus appellatur, quod vocabulum effecto, quo umbilicus in animalibus fungitur, respectantes. Condi in terra (lupinum) maxime convenit; quoniam in humido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Lib. XV. Umbilicus illis (nucibus Ponticis) intus in ventre medio.

Germinatio ἔκφυσις cum oscillum elongatur, et crescere incipit. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. II. de palmularum ortu: τὴν μὲν ἔκφυσιν ἔτι ἐκ τῶν ἐπιπέδων τοῦ καρπίου ποιεῖται — ἡ γὰρ δεῖ περικαλύπτειν τὰς ἀρχάς, ὅθεν ἡ ἔκφυσις.

Nauscire semina est cum in bina parenchymata dehiscunt germine, sive oscillo producto. Festus: nauscit cum granum fabae se nascendi gratia aperit, quod fit non dissimilis navis forma.

Crusta coriaceus glandium cortex. Plinius lib. XV. Crusta teguntur glandes.

Tunica nucleorum intima membrana, ut amygdalarum, pineorum, iuglandium. Plinius lib. XV. Grandissimus (fructus) pineis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis inclusi toris vestitos alia ferruginis tunica, mira natura cura molliter semina collocandi.

Farina pulvis tenuissimus ex molitis frugibus. Haec in partes abit: nam

2! furfures triticios Obiciendum farinas hordeaciam cum furfuribus

Furfur Crusta stalis, et tenosa cortex granorum tritici, ordei, secales. Plautus Capt. Act. IV. Sc. II Qui alunt furfure sues Plinius lib. XVIII. Similo (frumentum) fit ex tritici ipsius furfuribus minutis, et optimis. Varro R. R. II. Obiciundum

Pollinetos intima tritici farina nobilissima. Plinius lib. XVIII. Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est e modiis redire semodios, et pollinis sextarios quinque. Ita autem appellatur in tritico quod flos in siligine. Terentius Adelph. Act. V Sc. III.

Illi facultas plena, fumi, ac pollinis
coquendo sit fasco, et molendo.

Similago ac simila farina post pollinem excreta. Martialis Lib. XIII ep. X.

Nec potens similae dotes numerare, nec usus;
Pistori totiens cum sit et arte coquo.

Plinius lib. XVIII. Similago ex tritico fit laudatissima

Secundarium sive cibarium tertia farina excreta, immixto tenui furfure. Plinius lib. XVIII. Et cibarii quod secundarium vocant, sextarios IV: furfuris sextarios totidem — praeterea secundarii sextarios IV, cuiuvumque tantundem.

Valua
ut futurum in prima
vallia est: ubi habes, uxorem
quaeritur, et mea ocius
opera ut fiat, facere.)

Valvulus gusciolo cortex fabae, lentis, pisi, ervi et caeterorum leguminum. Festus: Valvuli folliculi fabae quasi vallinuli, quod vallo fructi occurrantur. Columella lib. VI. Multi caulibus viris alba, et valvulis ervi bubus medentur — Lentis quoque valvulis exempta, et minute molita — Et exemptum valvulis ervum macerantur. Lib. VII vel fresa cum suis valvulis faba. Nonius ex Pomponio: tristi ego, ibuci valvulis

Lomentum fabacea farina. Plinius lib. XVIII. Sequitur natura Leguminum, inter quae maximus honos fabae; quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Lomentum appellatur farina ea. Lib. XXII. de faba medicina: Lomento quoque ex aceto decocto tumores maturat atque aperit. Martialis lib. III Epigr. XLII.

Lomento rugas uteri quod condere tentas.

Apluda purgamentum granorum ceu milii, et Panici. Plinius lib. XVIII. Milii et panici et sesame purgamenta apludam vocant. Veterriorem tamen frumentorum furfurem ita appellasse A. Gellius memorat, dum lib. XI scribit: Legerat ille apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Festus: Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, sive panici, de qua Naevius: non hercle apluda est hodie quam tu nequior.

Bombyx vulgo Bombace lanugo qua semina obducta sunt in Anemone, Gossypio, Apocyno, Periploca, Asclepiade. Plinius lib. XIX de Gossypio: cuius ex interiore bombyce lanugo netur.

Paleillas, pulvinullus sedes cum villis vel floccis, in qua iacent semina, ut in rosis

et Libro de Arbor.) Stilus, stolus idem ac coliculus. Columella libr. V: omnis autem haec una radicem mittit, et simplici stilo provenit. ~~Sed ...~~ Porro Columella: tradenda est opera ut duo teneros ramulos habentes ... pampinentur, et ad unum stilum primo anno semina redigantur. Libr. XI. caeterum stilus qui novissime autumnali tempore (in asparago) nascitur, non omnis est tollendus — ut et facilius stilus amicet. ~~Libr. de Arbor.~~

37

Plinius libr. XVII de cypressis ex seminario transferendis: transferuntur post annum dodrantali stilo. Utraque vocs primo germini seminum quod plumulam Malpighius vocat, a nostris usurpabitur.

Asparagus tenerum et rotosum herbarum germen antequam in folia expandatur. Plinius libr. XXIII. de Vite Alba: esse ea caules asparagi similitudine. Hi decocti in cibo alvum et urinam cient. De Bryonia nigra: Asparagos eius Diocles praetulit veris asparagis in cibo urinae cientis.

Turio quod in herbis extremisque asparagus, in arboribus, et fruticibus pro[...] ma in ramis germinatio turio. Columella libro XII Lauri turiones in hoc usu mittito.

Cyma ae, et Cyma tis tenera herbarum non de radice, sed de caule, vel ramo progressus coliculus. Columella libr. X:

Frigoribus caules, et veri cymata mittit.

Libr. XII. tum etiam armoraciorum cymam. Cornelius Celsus: Mali est succi brassica, magisque etiam cyma eius. Plinius libr. XIX de Brassica cymas a prima sectione praestat proximo vere — Post cymas ex eadem brassica contingunt astivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae. Id brassicadam Cimolo vocant, cui tamen ... sa Italia a cyma cima nempe summitate usurpat. Terium tamen apud Nonius Lucilius cyma in Asparago usus, ut hic versiculus indicat:

Asparagi molle sed viride cyma.

Coma cui cyma in herbis, et turio in arboribus explicantur, floresque ac folia extrudit, in comam transit nomen. Statius libr. IV Od. VII

redeunt iam gramina campis,

arboribusque coma.

Virgilius Georg. IV

nec sera comantem

Narcissum, aut flexi tacuissem vimen Acanthi.

illa comam mollitiam tum pendebat Acanthi.

Catullus carm. IV

ubi iste post phaselus antea fuit

Comata silva; nam Cytorio in iugo

Loquente saepe sibilum edidit coma.

22) quare cum caulis Brassicae in florem diffunditur, id coma habendum. Vulgo caulofiore, de quo, ut videtur, cecinit Columella: Sed iam protocomos tempus decidere caules. Protocomos vocat caules qui in flores densantur ...

Plinius libr. XXVI de Tithymallo dendroide: Septimum dendroides cognominant, alii cobion, alii leptophyllon in petris nascens comosissimum ex omnibus. Idem libr. XXVII de Androsaemo: comam ... sanguineo succo manant.[22] Sed saepe pro fronde accipitur. Neque secus Plinius libr. XII de Balsamo usus: Folium proximum Rutae: perpetua coma — Arboris via genera: tenuiter capillacea coma.

Cirrus et cirriculus cauliculus tenuis, ac sarmentosus, quo stringes tanquam capreolis se sustinent. Plinius libr. XXVI de Ephedra: scandens arbore, et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa qui sunt iunci geniculati. Idem libr. XXIV de Apocyno: Frutex est folio Ederae, mollioree tamen, et minus longis cirriculis. Palladius libr. IV Tit. IX Aliqui florem Cucumeris cum cirriculo suo capite canna inserunt.

Pterinis ad caules spectat, priuatim enim sic vocatur Cinara: Plinius libro XXI de Cinara caulibus seu pedibus: unum caulem rectum habent quem vocant πτέρνικα eiusdem tenacitatis. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. VI. Ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα.

Concavus caulis, et caulis est qui intus inanis, ut in Arundine, in Culmo, in stipula. Plinius libr. XVI. Calamus vero alius totus concavus. Idem libr. XXII de Soncho: caule cubitali, anguloso, intus cavo, sed qui fractus copioso lacte manet.

Farctus caulis quem totum fungosa medulla replet.

Truncus, caudex, codex quo arbores et frutices recidentur et in quo ramos frondes, flores, ac fructus pariunt.

Codiculus, codicillus, truncultus parvus truncus.

Ramus quidquid a trunco, vel caule separatur, et spargitur.

Ramusculus, ramulus parvus ramus.

Brachium est arboris ramus. Virgilius Aeneid. VI

In medio ramos, annosaque brachia pandit

Ulmus opaca ingens

Idem Georg. II de Aesculo: Tum fortes late ramos, et brachia tendens

Huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram

Columella libr. IV. Quidquid tenerum est, per brachia omissum provocetur — tum etiam per plura brachia materias diffundit. Plinius libr. XIII de Cucio: [?] differt quod in brachia ramorum spargitur. Libr. XVII de arbustis: alterna serventur brachia: alternis putentur annis. Seneca Trag. Oedip. non [illegible] sic cuius Bacchus [illegible] brachia [illegible]

Duramentum, et duramen, virens vitis flagellum sive brachium, quod materiam in fructum submissa nectit. Plinius libr. XVII. Ex his emissi palmites proximo anno ingerantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento in singulis tabulatis. Colum. libr. IV. Sed ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius jugo, quatenusque brachiis quae duramenta quidam vocant, dividantur in totidem partes. — Nec debemus committere ut brachia pleniora trunco sint; verum assidue cum a lateribus eorum flagella licuerit submittere, amputanda sunt superiora duramenta — considerandum erit, cuius longitudinis sint duramina — At si duramenta eius longius accesserunt, ut in quartum, aut etiam in quintum stamen provepserint, majori semper adstringentur. Mergis namque qui nobis maxime placent, propagata celeriter provenit. Ita ut veteribus libris et nostro codice restituimus, rejectis Aldinis. Duramentum autem in vite quotannis innovatur; quippe vetus flagellum in hoc transit ejusque pars, in flagellum. Producta vero longius duramentis, per fruticantes custodes, virgasque pampinarias vitis ad prima brachia revocantur.

2

Tabulatum, et scamnum arborum ramus sive brachium quod vitis duramentis sedem praebet. Columella libr. IV: et tabulata instituenda sunt, hoc enim nomine usurpant agricolae ramos truncosque prominentes. Verum mendosissima lectura: truncosque prominentes. In antiquis editis libris, et Politiani codice: trunco prominentis, nempe trunco se promittentes, sive prisca scriptura promittentis: neque enim truncus in tabulatum transit, sed rami qui ex trunco egrediuntur, et longius prominent, fiunt tabulata, ad quae vitis brachia applicantur. Quae sequuntur: eosque (ramos) vel propius ferro compescunt, vel longius promittunt. Virgilius Georg. II

Viribus aniti quarum et contemnere ventos

adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

Plinius libr. XVII, ~~[illegible] (~~[illegible]~~) [illegible] [illegible] flagella [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]~~ Et ulmus detruncata a medio in ramorum scamna digeritur — de mergis: Propaginum et haec medicina, ut diximus, quae totum in ipso tabulato maxime probata, quoniam a proceritate tutissima est.

Sapinus Abiegni trunci pars inferior. Plinius libr. XVI. Abietis quae pars a terra fuit, enodis est. Haec qua diximus, ratione fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur. Vitruvius libr. II. c. IX de Abiete: ima autem cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, et sapina vocatur.

Fusterna pars trunci in Abiete superior nodosa. Plinius libr. XVI. superior (Abietis) pars nodosa fusterna. Vitruvius libr. II. c. IX.

Pampinus est tenera vitis virga, necdum tempore indurata. Columella libr. III. c. [?] Sunt quibus pampini pullulant vel steriles, vel minus feraces, quos rustici vocant racematorios. — omnis enim foecundus pampinus intra quintam vel sextam gemmam fructum exhibet. Libr. XI Pampinis vitem spoliant, ut partoqui fructus possint. Virgilius I Georg.

Haud male tunc mites defendit pampinus uvas.

cingentem viridi tempora pampino. ex Horatius libr. I carm.

Et quoniam pampinus capreolum gignit, quo se vitis firmat, pampinus pro capreolo accipitur. Columella libr. IV. Quod paulum infra curvaturam vitis

ex vitis nascitur ramis diffundit quasi brachiis, non caules et pampinos emittit veluti palmas —) ex Plinius libr. XVII. sic palmites majores, vel ut folia, pampini et antequam vocantur. Idem libr. XXIII.

ex Folia vitium et pampini capitis dolores inflammationesque corporum mitigant cum polenta. Folia per se ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina vero hordei articulares morbos. Pampini triti et impositi tumorem omne siccant.

uitis provenerit pampinus statim apprehendat, et in transversa potius se fundat quam in edita, utrumque facilius substineat subiectus canterio. Plinius lib. XXVII. Stoecha hastae folia sunt quae Ocymi ramines. Adhaerent his uelut pampini. Haec ex Dioscoride lib. IV. ἴδια δὲ ῥίζα ὠκιμοειδῆ τὰ φύλλα ἔχουσα. παρ' αὐτὰ δὲ ὥς ἕλικας. Plinius ibidem. Isopyron alii Phasiolon uocant, quoniam folium quod est Aniso simile, in pampinos torquetur. Dioscorides lib. IV ἰσόπυρον οἱ δὲ φασίολον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τὸ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. Plinius capreoli similitudinem intuens pampinum ad Polyporum cirrum transfert lib. IX dum scribit: Polypi hieme coeunt: pariunt uere oua tortili uitam pampino.

Capreolus, Clauicula intortus ramusculus quo tanquam manu infirmae stirpes, seu Vitis uinifera, Bryonia, Vicia, Ochrus, Lathyrus proxima capiendo se suspendunt et firmant. Varro R.R. I. Ex altera parte parit capreolum. is est coliculus uiteus intortus uti cincinnus. Is enim uitis quo serpat, capiendum, ex quo a capiendo capreolus dictus. Ita emenda ex antiquis libris et uetusto scribendi more accepimus. Pergit Varro: Vicia dicta a uinciundo, quod item capreolos habet, ut uitis, quibus quom susum uorsum serpit ad scapum Lupini aliumue quem uti haereat, id solet uincere. Festus: Capreoli uitium cincinni intorti quia ad locum capiendum tendunt, appellati. Columella lib. IV. ut sit quasi teneri adhuc pampini capreolis suis illigent — dum claiculis suis quasi quibusdam manibus adminicula comprehendant. M. Tullius de Senect. Vitis se erigit claiculis suis[10] Plinius lib. XXIII. Clauicula ipsa quibus repunt uites, trita sistunt uomitionum consuetudines.

id quam

[10] De Nat. Deor. lib. II. Iam uero uites sic claiculis adminicula tanquam manus apprehendunt, atque ita se erigunt, ut animantes.

Crus infima arboris ad radicem. Columella lib. III. unde etiam materia uehementissimae reperiantur aut in capite uitis, aut in crure uicino radicibus. Lib. IV. Nam ut ab ima uite quasi a quibusdam fundamentis incipiat, semper circa crus dolabella dimouenda terra est. Lib. V. Ramum oliuae qui uidetur nitidissimus deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa. Plinius lib. XVII Defigi in crure facit.

Caput a similitudine summa trunci pars unde brachia sicue rami nascuntur, nominatur. Cato: hoc uitem sub caput, et sub brachia cingito. Conuoluolus non nascetur. Columella lib. III. Extrema pars eius (uitis) quod caput uitis appellant. Lib. IV. nec minus ea quae in capite seruanda sint, praecipiantur — igitur caput uitis pede infra iugum constituito. Dicitur secundo de radice quae crassa euauit. Plinius lib. XIX. ut in capite crascant potius — quoniam satis capita crascescunt — Proxima quae aetate nullas tamen emittunt, sed caput tantum quod inarescit. Columella lib. VI. Si caput Allii tritum cum uini hemina saepius potandum praebeas. Lib. XI. Porri autem caput circa id. Maias tolerabiliter adhuc transferetur. Cato: Postridie caput Ulpici conterito. In arbore etiam radicibus caput habetur, quod a terris origine amplum fit, unde radices prodeunt. Cato: capita uitium per sementim ablaqueato — Haec omnia a capite propagari, eximique sarique eodem modo oportet — circa capita oleaginia quot mensibus donec trima erunt, fodere oportet. Tertio de fructu uel semine dicitur: Plinius lib. XX de Papauere: Incisi iubent sub capite et calyce. Lib. XVIII Ex ordeo alterum caput grani in radicem agit, alterum in herbam.[21] Item numerum indicat, ut de homine canit Horatius lib. II sat. I

Quot capitum uiuunt, totidem studiorum millia.

Columella lib. IV. spatia huiusce sationis quae supra scripta sunt, capita Castanearum recipient MMDCCCLXXX.

21) T. Liuius lib. I de Tarquinio: Rex uelut deliberabundus in hortum aedium transit, sequente Nuncio filii. Ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse.)

Codia peculiari usu caput papaueris dicitur. Dioscorides lib. IV de Papauere ita sequitur: ἡ δὲ τις ἀγρία ... τὴν κωδίαν ... — τρίτη δὲ ἀγρία ... φαρμακώδεστέρα ... τὴν κωδίαν ...

Capitulum et capitellum ad eadem significanda sumere cum longe minora sint, nemo profecto uetat.

Flagellum sarmentum uitis nouum quod ad capiendum fructum deiicitur. Plinius lib. XVII. In cetero (l. de cetera) putatione omni flagella quae proxime tulerunt, recidantur nouis circumcisis undique capreolis, spargantur in tabulatis. Columella lib. IV. Vites ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus prospiciemus. Varro R.R. I. Prior (flagellus) littera una mutata declinata a uenti flatu, similiter ac flabellum, flagellum. Virgilius Georg. II

nectere flagella

summa pete.

Plinius etiam ad reptantes hederarum caules transtulit lib. XIX de cucurbita agens: reptantibus flagellis, scandentes parietum aspera in tectum usque.

At Ovidius ad chelas ac brachia cancrorum Polypodumque exemplo convertit Metam. libr. XIV. usque sub aequoribus deprensum Polypus hostem
Continet, ex omni dimissis parte flagellis.

Crines flagella soluta de tabulatis demissa, ut Patavinorum coloni facit consuetudo. Plinius libr. XVII. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus, circumvestit arborem, crinesque ipsos vitis. Gallica in traduces porrigitur.

Praecipites palmites quid sint declarat Columella libr. V. Praecipites palmites dicuntur qui de hornotinis virgis nati in durum alligantur. Cum suo loco excurrit flagella quae in fructum traducant, non inveniunt vinitores, ne vindemiam careant, extrema in tradacibus praecipitant.

Humerus et lumbus sunt media partes ramorum. Columella libr. de Arbor. Semina optima habentur a lumbis, secunda ab humeris, tertia summa in vite lecta. Libr. III. Media (materiae) sunt macerrima quas (hoc ex rosio pro quia vulgato) transcurrit hinc parte aliqua intercepit illinc ad se tractus humor. Deinde concludit: Itaque custodiemus ut a praedictis locis quos humerosos rustici vocant, semina legamus. Plinius libr. XVII. Utrumque est ab humeris arborum orientem aestivum spectantibus surculos petendos.

Materies, et Materia lignum ad aedificia. Cato: Ulmeam, pineam, nuceam hanc atque aliam materiem omnem quam effodies luna decrescente, eximito— Nisi intermestri lunaque dimidiata, tum ne tangas materiam quam effodies aut praecides abs terra. Columella libr. XI. Nec minus in aedificia succidere arborem convenit. Sed utraque melius fiunt luna decrescente ab vicesima usque in tricesimam; quoniam omnis materia sic caesa iudicatur carie non infestari. Quintilianus libr. XII. opera exstruentibus satis non est saxa, et materiam, et caetera aedificanti congerere utilia. Quibus lignum materiae nomine significari manifestum.

20) Cato. vasculum facito de materia ederacea — de iunipero materiem semipedem crassam concidito minutim.

2 Id expressius indicat Columella libr. V de insitione haec docens: Alterum (insitionis genus) quo resecta inter librum et materiam semina adm[20]ittit. Porro ut aedificanti necessaria est materia, scilicet lignum, ita fructum inquirenti utilia sarmenta, quae propterea materia utique dicuntur. Plinius libr. XVII. Palmes duas tresve gemmas sub iugo habere debet ex quibus materia nascatur — quae ita emicuerit materia fructum dabit anno sequenti. Columella libr. IV. Vires ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus, sed ut singulis materiis serviant — Sed tamen sarmentum quod in materiam submittimus, ab imo usque in tres pedes et semissem pampinabimus — ex quo quasi pollica proximo anno citata materia formetur in brachium. Idem libr. V. Alterum est genus palmitis quod de novello nascitur, et in tenero alligatum dependet (materiam vocamus) ea et fructum, et nova flagella bene procreat.

Palma flagellum. Varro R. R. I Neque ex se potest dicere vitem quam vocant minorem flagellum, maiores etiam unde uva nascuntur, palmas. Sed quod dicit Varro, quod vitis immittitur ad uvas pariendas dicta primum videtur a pariendo parilema, exin mutatis litteris, ut in multis dici coepta palma, minus convenire videtur. nam a Παλάμη palma descendit. nam ut ab homine multa ad arbores transferantur, ut crus, caput, truncus, de quo humana cecinit Varus Aeneid. II

Iacet ingens littore truncus
Avulsumque humeris caput, et sine nomine corpus,

20 — Nam si palmis incipientibus progemmantibusque falcem immiseris, magnam partem vindemiae decusseris. Itaque illud incipientibus ex eodem loco incipientibus constituimus: quippe a tenero vulgatum incipientibus visum.

humerus, lumbus, brachium, pollex, unguis, crines, sic etiam desumpta palma; quippe cum ramus vitis sit brachium, et deinceps cultius, quod a levamento sive cubito nascitur, palma. Columella libr. III. Quidquid residui fuit ex vetere palma per ipsam commissuram quae nascitur nova, resecetur. Libr. IV. Bima deinde praeciditur proxime palmam, quae ex ea submissa est. — Quare medio in brachio commodissime palmae submittentur quae nec spem vindemiae destituant, nec emacient stirpem suam — Cum palmae ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitae sint.[20] Et quoniam in palma fructus nascitur, ideo palma vitis onusta de catnaso suspendi solet, ut uvae diutius virides serventur, hanc morem indicat Varro libr. R. R. I et vindemia facta denique discat pendere in palma,
aut

aut funiculo, aut uinctu quod antiqui uocabant costas.

Rumpus, Tradux palmes qui hinc et hinc ex proximis arboribus traducitur. Plinius libro XVII. Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si per quadragesimo distet spatio, quaterni, si uiceno, inter se obvii miscentur alligantur que uno conciliari uirgultorum comitatu (obiter ligari) qua deficiant. Quae lineis conclusimus, nanzo non perspicit esse aliena, 39 inanis enim cuiusdam illorum: uno conciliati uirgultorum comitatu explicando despenditur. Plinius Columellam secutus est qui libr. V docuerat: Caetera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur, ut uites longis scrobibus deponantur, ut eadem diligentia curentur, atque in ramis deducantur, ut noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, et ueteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Sunt tamen nonnulla in nostro codice restituenda ceu curetur in curantur (nempe uites) in ramis deducantur potius: in ramos deducantur. Connectantur quod in antiquis editis et tribus codicibus Coesii, Politiani, et nostro connittantur. Varro R. R. I ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant.

Funetum sunt traduces nempe palmites contorti inter se, uel inter proxima uirga de tabulatis in iugum submissi, et ad palum alligati. Transpadani rivella dicunt. Plinius libr. XVII cum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc atque funeta dicuntur. Alias: ex hoc arcu.

Draco est palmes emeritus recisis undique ramis usque ad summum, qui trademittitur ad propagandum. Plinius libr. XVII. Nuper repertum draconem serere iuxta arborem. Ita appellamus palmitem emeritum pluribusque induratum annis. Hunc praecisum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis derasa cortice quatenus obruatur (unde et rasilem uocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta. Alias etiam utile rotos fecerunt draconis pasci. Libr. XIV. Paruoque producte dracone in palmam eius, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Cum eminus sit draconis usus, quod modo ex arbore in proximam uicinam arborem palmes traducitur, eiusque flagella per arboris tabulata dispertiuntur, modo palmitis sicut draconis flagella ad humum dimittuntur, eaque effossa scrobe, in mergum curuantur. Utrumque definit Columella libr. V, et primum hac ratione: cum deinde annis et robore uitis conualuit, traduces in proximam quamque arborem mittenda, easque post biennium amputare, atque alias teneriores transmittere conuenit, ne uetustate uitem fatigant. Alterum statim sic subiicit: Nonnunquam etiam cum arborem totam uitis comprehendere nequit, ex usu fuit partem aliquam eius deflexam terrae immergere, et rursus ad eandem arborem duas uel tres propagines excitare quo pluribus uitibus circumuenta celerius uestiatur.

Pampinarius palmes idemque spado qui ex ueteri sarmento sicut de brachio uel trunco nascitur, bastardo nunc dicitur. Plinius libro XVII. Quod e duro exit, materiamque proximum annum promittit, pampinarium uocatur. — serere e pampinariis sterile est. Columella libr. IV. Trunci circumspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes innatus, aut uerrucae similis furunculus relinquatur. Libr. III Huiusmodi surculos qui nihil attulerint, spadones appellant.

Fructuarius palmes qui ex annotino sarmento prodit, sic dictus, quia fructum ferre solet. Plinius libr. XVII. Fit (sarmentum) ubi sequa cicatrix est, fructuarium. — alterum ex annicolo palmite, semperque fructuarium. Columella libr. IV proximo uere materiam excidat quam uel in brachium, uel in fructuarium remittamus.

Custos, Pollex, Resex, subsidiarius, praesidiarius palmes pampinarius qui cum duabus uel tribus gemmis recisus relinquitur, ut fructuaria flagella producat. Plinius libr. XVII. Relinquitur sub iugo, et qui uocatur custos. Hic est nouellus palmes non longior tribus gemmis — diuidi autem putatione pollices aequali examine undique. Columella libr. III. Ideo (spado) in resecem submitti,

ut pullulare possit. Libr. IV. Materia in pollicem tondeatur, quam quidam custodem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant. Sed est sarmentum gemmarum duarum vel trium — Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod sive longius prosiluerit, in flagellum submittitur; sive brevius in pollicem, sive admodum exiguum in furunculum.

Focaneus palmes describitur a Columella libr. IV hoc modo: vocatur etiam focaneus palmes qui solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, ~~duramenti~~ vitium alimenta (qua se dividit vitis in ramos velut fauces obsidet, atque utriusque) praeripit. Hunc ergo tanquam aemulum diligenter ~~idem~~ amputent, et admodum utriusque corroborentur. Si tamen idem ita praevaluit, ut alterutrum brachium ~~affecerit~~ affecerit, id quod imbecillius est, tollitur, et ipse focaneus submittitur. Quae ita ex antiquis libris restituimus. Sidem Aldinus posuit ante amputent, ~~quod~~ quod in antiquis editionibus est idem, ad ita praevaluit transtulimus, ubi in nostro codice servat. Rejecimus item Aldinum afflixerit, quod apud primos editores scribitur affecerit, in Politiani contrario codice adfixerit, affecerit esse debere sumus opinati; afficio idem ac affligo. Livius libro XVIII. Aestus, labor, fames, sitisque corpora afficiunt. Scribonius Largus comp. CLXXXVI. stomacho et vesica affici. Cornelius Celsus libr. IV. Pulmo totus afficitur. Columella libr. V. Focaneus est qui inter duo brachia velut in furcula medio nascitur. Cum eum damnamus esse compertum, quod neque fructum ferat, et utraque brachia inter quae natus est, attenuet. Itaque tollendus est.

Masculetum est brevis tractus de arbore demissus in fructum, idem fere ac praeceps palmes Columellae. Discrimine autem distinguuntur, quod masculetum diu servatur, palmes praeceps sublato fructu, ne nimis vitem afficiat tollitur. Masculetum dici existimo, quippe eius flagella deorsum versa sterilescunt, si diutius serventur. Itaque praecisis palmites post annum iubet Columella praecidi, ~~p~~ aliaque flagella nova in fructum immittere. De masculeto Plinius loquitur libr. XVII hoc modo: Nec universum placet palmite in longum, et ad quartum usque pedamentum immitti, quod alii draconem, alii funiculos vocant, ut faciant quae masculeta appellant. In his tamen funiculos pro iuniculos malueris, de quo Varro, ut veruli: at vindemia facta denique discat pendere in palma aut funiculo, aut vinea quod antiqui vocabant cestum.

Malleolus Columella libr. III. Malleolus autem novellus est palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte qua deciditur ex vetere sarmento prominens utrinque malleoli speciem praebet. — Longitudo quae debet esse malleoli, parum certa est; quoniam si crebras gemmas habet brevior faciendus est, seu raras, longior. Attamen nec major pede esse debet. Plinius libr. XXVII. Solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri; eoque argumento Malleolus vocatur etiam nunc. M. Tullius de Sen. Malleoli, plantae, sarmenta, traduces, vites, propagines nonne ita efficiens, ut quemvis cum admiratione delectent.

Sagitta pars superior sarmenti quae de malleoli manubrio resecatur. Columella libr. III. Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit atque prosiluit, sive quia cacumine attenuata praedicti teli speciem gerit — nam si sagittam idest superiorem partem malleoli vitiperandam censebant. Plinius libr. XVII. Totium (genus serendi vites) adiectum etiam nunc expeditius sine calce, propter quod sagitta vocantur, cum intorti panguntur — sagittas serere minus utile; quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum est.

Trigemmis dicitur sagitta sata non intorta. Plinius libr. XVII. Sidem (palmites) cum incisi, nec intorti, trigemmes. Sed a Columella etiam malleolus appellatur trigemmis libr. III. primis quae hoc modo vulgo excuduntur Vallis et uliginosi campi sitae serimus etiam trigemmem, ex optimo codice possit emendari: Vallis et uliginosi campi situs patitur etiam trigemmes qui

qui est paulo minor dodrante, longior utrique semipede. Itaque non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est (cum fere citra plagam qua matri abscissus est, plenus sit gemmarum) sed quod, his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos totidemque gemmas habet.

(Ἀπόπτεγμα, ἰδίως 77) ἐὰν δὲ ἐπὶ ὑπόσπα τὰ φυτά, ἐπὶ δὲ ἀποπτέγματα λαμβάνειν εὐδάλλεται.)

et Petra est signi pars extrema quae Malleolo, virga, stoloni vel sarmentum, adhaeret Plinius libr. XVII de Malleolo: solebat capitulatum utrinque e duro surculus seri — postea avellitur sua calce coopertus est, ut in Ficu. — Tertium genus adiectum etiamnum asperitatis sine calce. Theophrastus περὶ φυτ. II (?)

Nepos sarmentum annotino flagello innatum Columella libr. IV. Ut (semina) robur accipiant, nec plus quam uni materia serviant. Quam, ut educaverint, autumno, vel certe (si magis competerit) abradenda, et nepotibus quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus — qui pampinus cum exceverit, nepotibus orbandus est — id tamen sarmentum quod in materiam submittimus, ab imo usque in tres pedes et semissem pampinabimus, et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius decerpemus. Plinius libr. XVII. sic palmites, nepotes, uva, folia, pampini gignuntur.

Lectica sedes in arbore. Plinius libr. XVII de Visci satu: semine quoque inserere natura docuit rapidum avium fame decorare, solidoque et alvi tepore madido cum foecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis. Videtur lectica locus ubi rami bifurcantur, quod bifurcum Columella libr. IV de focaneo palmite agens appellat.

Axilla. Ala, μασχάλη, sinus inter caulem vel virgam et folii pediculum.

Inguen gemma sive oculus qui est ala nascitur. Plinius libr. XVI. Latera arundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine. Libr. XVII de Vite: iuxta prorem nodum alternis lateribus semper inguinibus.

Turunculus gemma de ligno nata instar tuberculi, unde nomen. Plinius libr. XVII. Et alius iuxta cum verruca similitudine magnitudine qui furunculus appellatur, si forte custos fallat. Columella libr. IV. Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod sive longius prosilierit, in flagellum submittitur; sive brevius, in pollicem, sive admodum exiguum in furunculum — Percuratis deinde quasi pedibus, crura ipsa truncique circumspicienda sunt, ne aut pampinarius palmes internatus, aut verruca similis furunculus relinquatur.

Paraphyas dis παραφυὰς ramusculus qui ex foliorum alis oritur, praesertim in herbis.

Apophyas dis ἀποφυάς ramusculus ex ramis ortus, ut in vite nepos.

Cerebrum pars media in Palmae cacumine edulis. Plinius libr. XIII. Dulcis media earum in cacumine quod cerebrum appellant. Dioscorides libr. I. ἐγκάρδιον vocat: καὶ τὸ ἐγκάρδιον δὲ τῆς πτέρυγος χλωρὸν καὶ αὐτὸ πρόσφατον βιβρωσκόμενον καὶ ἑψόμενον ποιεῖ πρὸς ὅσα καὶ ὁ ~~[illegible]~~ θύμαρος; Theophrastus libr. περὶ φυτ. ΙΙ. sacro Palmarum ἢ δὲ ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ στελέχους, ὅταν ἀφέλωσι τὸ ἄνω ἐν ᾧπερ ὁ ἐγκέφαλος. Galenus de Alim. Fac. καθάπερ ἔνιοι ἐσθίουσι τὴν κορυφὴν τοῦ φοίνικος, ἣν ὀνομάζουσι ἐγκέφαλον.

Acetabulum, cavula, cavitas quae delapso flore, folio, fructu, relinquitur. Id in Palmis a Plinio pollex appellatur libr. XIII. Reliqua teretes atque proceri densis gradatisque corticum pollicibus aut orbibus, se ad scandendum Orientis populis praebent.

Processus ab anatomicis acceptus est pars folii, fructus, aptus qua in acetabulum accipitur.

Termes ramus arboris cum fructu, et foliis Festus. Termes ramus decerptus ex arbore nec foliis repletus, nec nimis glaber. A. Gellius. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. Gratius Cyneg. Termes at Eois descendit virga Sabaeis mater odorati multum pulcherrima thuris. Horatius Epod. Od. XVI de beatis insulis canens, ramum Oleae saro quominis fructum ferre dicit: Germinat et nunquam fallentis termes Olivae.

Genu, geniculum, nodus pars qua culmi, stipula, sarmenta in partes distinguuntur. Plinius libr. XVIII. frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, Ordeo octona. Livius libr. III Baculum sine nodo aduncum tenens.

Columella libr. IV. Temperatur ita surculus ut calamus non absimilis coagmentet fissuram, sub qua nodus desideratur — is nodus etiamsi quatuor digitis a resectionibus abfuerit, illigari tamen eum prius quam viciis findatur, convenit. Libr. de arbor. Cius imam partem quam in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum sive gemmam secas, rotunda plaga amputato.

Internodium, Cicuta quod inter duos nodos vel genicula iacet. Columella libr. III de vite: internodiis quoque rarior. Libr. IV ubi spissa internodia, frequentesque oculi sunt. Libr. de Arb. Virgam Malleolarem non amplius quam sex gemmarum esse convenit, ita tamen si brevia internodia habent. Plinius Libr. VII. Arundines vero tantae proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. Virgilius Ecl. II

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Idem Ecl. V. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.

Acrochiron ἀκρόχειρον quod a cubito ad extremos digitos pertinet. Utemur tanquam manu qua quid tenetur. Idque erit quod stirpi (pediculus) perpetuo inhaerens seu articulum fructum excipit, ut in Cucurbita, Melone, Cucumere, Pepone, Melopepone, Anguria, Colocynthide, Punica, Mespilo, Aurantio Citreo, Limonio.

Tenaculis quod stirpi affixum fructum altero extremo nunquam dimittit, ut in Legumine. Utitur Palladius in rusticis praeceptis pro quovis retinaculo ut libr. IV Tit. X de Punicis: et si dum pendent poma tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione servabis — Et mala cum tenacibus tecta imprimantur cannis singulis. Libr. III Tit. XXV de piris: alii statim lecta cum tenacibus suis picatis ureeis condidere vunt. Libr. X Tit. XVII de uva: Tunc incisos botryonum tenaces calida pice oportet amburi.

Scopio, scopus est Acrochiron qui in ramos spargitur, et cum fructu appellatur botryo, et racemus, sine fructu scopio, et scopus. Columella libr. XII. ubi satis corrugata erunt acina, demito, et sine scopionibus in dolium conjicito. Et modice separatis scopionibus, resoluta intrita folliculorum in dolio sternitur. Varro R. R. I. Quae calcata uva erunt, earum scopi cum folliculis subiciendi sub prelum. Libr. II. Si fundus ministrat, dari solent vinacia, ac scopi ex uvis. Cato: tum acina de uvis miscellis decarpito de scopione. Nequis tamen cum Matthia Gesnero adcurasius omnium librorum et codicum auctoritatem vocissimeatum, quae apud Columellam libr. XI de Corruda traduntur: Deinde (corruda) cum spinam fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones ita usti sunt, in suo loco pervertendi sunt, ad scopiones esse referenda. Rationi enim consentaneum magis videtur a Scorpione frutice eodemque Tragi imagine fuisse dessumptam, de quo Plinius libro XXII loquitur: Est argumento nomen accepit Scorpio herba; semen enim habet ad similitudinem caudae Scorpionis, folia pauca. Valet et adversum animal nominis sui. Est et alia eiusdem nominis, effectusque sine foliis, Asparagi caule, in cacumine aculeum habens, et inde nomen. At Palladius libro IV de Asparago scribit: postea scopias eius incendes? Sane, et libr. III hac: Hos annis omnibus incendamus in scopis, quae non de Corruda cuius caules aculeati virides durant, sed de altili asparago qui sub hiemem positis foliis, velut scopa exarescit, sunt intelligenda; adiectum est: Hoc autem genus est sapore iucundius nimirum Corruda.

Spadix ad Acrochiron referendus est ramus in Palmis tanquam mascinus scopio, palmulasque ferens. Aul. Gellius libr. III cap. IX Quoniam Palmae termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur. Amianus libr. XXIV termites et spadica cernit assidua, quorum e fructu mellis et vini conficitur abundantia. Plutarchus Sympos. libr. VIII. Πρῶτος ἐν Δήλῳ Θησεὺς ἀγῶνα ποιῶν ἀπέσπασε κλάδον τοῦ ἱεροῦ φοίνικος, ὃ σπάδιξ ὠνομάσθη.

Libr. II. c. XXVI. Spadica enim Dorici vocant avulsum e Palma termitem cum fructu. Et

Volua Fungus ante explicationem. Plinius libr. XXII. Volvam enim terra ad hoc primum gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum.

Pediculus caulis fungorum dicetur.

Petasus

Petasus pileus, et Galerus fungorum pedunculo impositus.

Petasunculus Pileolus parvus petasus in fungis

Spina, Aculeus. Columella lib. II. Ea sint crassissimarum spinarum, maximeque rubi et Paliurus, et eius quam Graeci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. Sic Cornela: deinde cum spinam forevit. Virg. Ecl. V.

Carduus et spinis surgit Paliurus acutis.

Plinius lib. XX de scolymo: Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescentem, et abeuntem cum aura, scolymon Graeci vocant

Siphunculus est humorem fundens, et tempore rigidus, et acutus evadit.

~~capillamentum~~, Villus, pilus saepe siphunculus succum emittens.

Cuticula epidermis extima corticis pars tenuis.

AD Seneca Nat. Quaest. lib. II. summos cortices dissipat, interiores illaesos interioris arboris rumpit ac scindit. Sed abscindendum interioris arboris tegmen interpretatio.)

Cortex quod extimum in caule et trunco ramisque cuticula obducitur. Virgilius Ecl. VI Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae corticis, atque solo proceras erigit Alnos.

Plinius lib. XVII. Crasso autem maxime cortici convenit, sicut est ficis.— Imprimitur ex alia corteci par cum sui germinis mamma. Columella lib. V Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit.

Liber dicitur ~~alburnum~~ pars quae subest cortici ligno sive materia proxima. Columella lib. V. Alterum (inserendi genus) quo resecta inter librum et materiam semina admittit. M. Tullius lib. II de nat. deor. Obducuntur quoque libro aut cortice trunci quo sint a frigoribus, et caloribus tutiores. Sed hoc discrimen inter librum et corticem non servatur. Cato librum tamen materia involutum vocat: quem praecides, cavato ne librum concellas— circumligato ne liber frangatur— surculum ~~acieled~~ praeacutum inter librum, et stirpem arcto libro ligato. Columella lib. V cum scribit: inter librum et materiam surculos esse inserendos, praeceptum reperens corticem nominat, non librum: cuneum tenuem ferreum uel osseum inter corticem et materiam ne minus digitos tres, sed considerate demittito. Modo item praecipit: ne librum laedas: modo: ne laedas aut rumpas corticem. ~~Virgilius~~

20 Virgilius Georg. II cortice ~~[illegible]~~ carmine affert et librum simul cor[illegible] celatis:

Ovoque corticibus summum hevenda causatis

Sic Columella libro III ~~[illegible]~~ succum vocat:

Siccat humidus, succosumque liber

ut calidum librum habeat

librum et cortice connectit.

Stuppa στύπη stopa uel stoppa quod in cannabi et lino ex crassioribus corticis fistulis fit. Plinius lib. XIX quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Festus: Stuppam linum impolitum appellant Graeci Frows.

Alburnum liber qui in lignum transiit, sed etiam num minime perfectum: illae materiarii a ligno demunt: quippe infirmum et teredini valde noxium. Plinius lib. XVI de arboribus: Pro cute cortex, ~~[illegible]~~, proximi pilo risque (animalibus) adipes. Hi (in stirpibus) vocantur a colore alburnum, terendere alburno materiam exalburnare dicitur, unde verbum exalburnarem memorat Plinius, et nigricantis coloris esse affirmat.

mollis ac pessima pars ligni, etiam in Robore facile putrescens, Quare semper amputabitur. candidiorisque. Pul. ac fissilibus insunt.)

Lignum post alburnum sequitur quod etiam materiam dici ostendimus, in ligno

Vena lacertique pluva, ac densa stipata, utriculi pauci.

Pulpa appellatur in ligno, ubi utriculi plures coacervantur. Plin. lib. XVI. In quavis vigorum arboris carnibus pulpa venaque sunt. Discrimen earum facile. Vena latior, ~~[illegible]~~ Vitruvius lib. II. Caedi autem

περιωνύτσιον Linum. Tonitus ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ tenuis medullam ambiens ita oportet, uti incidatur arboris crassitudo ad mediam medullam et relinquatur uti per eam exsiccescat stillando succus; Ita qui inest in his inutilis liquor, effluens per torulum, non patietur emori in eo saniem, nec corrumpi materiae qualitatem —— Sma actem (Abietis pars) cum excisa quadrifluviis dissipatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, et sapinea vocatur. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. III de Pino mare: ἔστι δὲ τὰ ξύλα τῆς μὲν ἄρ-

22 lib. XVI id Linum dicit quod Torulus obliquo medullam ambiat: Cortex quoque proxima quae medulla proxime, utin corpore ossa. Ideo a sua medulla lime. Et cum limus etiam cingulum dicatur, quod obliquam cingit, hoc auctore ~~[illegible]~~ Linum exiguo Lichen est, quippe arborum ~~[illegible]~~ corticis ambit. Et in ite (Persicis) et ~~[illegible]~~ Pruinis est limus arbo Vetustum quem Graeci Lichena appellant lib. XXIII.)

ρενος περιμήτρια καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα. Ζ. V ἔστι γὰρ ἔστι δὲ τὸ ἐλκεσθαι τὸ συμπεριίστασθαι συνεχῶς τῆς μήτρας. ὅθεν οἱ ἰοὶ ζοῦσιν ἐπὶ χρόνον πολύν διὸ πανταχόθεν μὲν ἄμα μάλιστα δ' ἐκ τῶν ὑπορομάτιον ἐξαιροῦσιν, ὅπως ἀσφαλῆ διαμένῃ, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιροῦσιν.— διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγχράφουσι παραιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, ὅπως λάβωσι τοῦ ξύλου τὸ πυκνότατον, καὶ μαλακώτατον. Porro Plinius

Medulla, μυελὸς, μήτρα quod intimum in ligno plurimis utriculis refertum. Magna in hedris, et Cucurbis ampla etiam in Sambuco In multis aliis arboribus nulla invenitur, quia per aetatem in lignum transit, ut in Olea. Ostrya, Busco

Cardia idest cor appellatur medulla, dum in quibusdam ita induruit, ut os videatur ad opera nobiliora eximebatur. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. V. αὐτὸ

ἄπο

τοῦτο σημεῖον, καὶ ὅτι πᾶσα μήτρα ἕλκεται, καὶ αἱ τῶν σκληρο-τάτων, ἅς δή τινες καρδίας καλοῦσι. — de Loto Lib. III πᾶν γὰρ εἶναι (τὴν μήτραν) καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῇ.

Lyce, et Ægis cardia in Picea quam Laricem Plinius vertit. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. III. ἔτι δὲ καὶ τὴν αἰγίδα καλουμένην ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς — γίνεται δὲ ἐν τοῖς μέγεθος ἔχουσι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντα περιβάπῃ τὰ λευκὰ καὶ τὰ κύκλῳ. τούτων γὰρ περιαιρεθέντων καὶ καταλειφθείσης τῆς μήτρας, ἐκ ταύτης πελεκᾶται. — ὃ δὴ οἱ περὶ τὴν Ἴδην δαδουργοὶ καλοῦσι [illegible]. Plinius libro XVI. Larix foeminam habet quam Graeci vocant Ægida mellei coloris. Inventum est pictorum tabellis immortale, nullisque fissile rimis hoc lignum. Proximum medullae est. Sed prima vitiata, nam legendum: Larix foemina habet quam. At ultima: Proximum medullae est Plinio tandi(?) non admittere vel quia Ægis non proxima medullae nascitur, sed ipsa sit medulla, ut ex Theophrasto manifestum.

Lusson est Ægis in Abiete. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. III ἔχει δὲ ὥσπερ ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα καὶ ἡ ἐλάτη — λοῦσσον καλούμενον. Quare macula Plinii liber XVI inficitur ubi legitur: In abiete Lusson Graeci vocaverunt. Quod iam olim animadversum video.

Bruscum * tuber Aceris durissimum Plinius lib. XVI. Pulcherrimum vero est Bruscum — Tuber arboris eius (Aceris) intortum crispum — E Brusco fiunt et mensae nigrescentes.

Molluscum eiusdem arboris tuber, auctore Plinio, multoque excellentius Brusco, ac simplicius sparsum et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubie praeferretur Citro.

* Melandryon medulla indurata quercus. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. V. πυκνὸν δὲ καὶ ἡ τῆς δρυὸς μήτρα, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον.

Spira in materia quid sit declarat Theophrastus lib. V. γίνονται δὲ καὶ αἱ σπεῖραι διὰ χειμῶνάς τε καὶ κακοτροφίαν· σπεῖρας δὲ καλοῦσιν ὅταν ἡ συστροφή τις ἐν αὐτῇ μείζων, καὶ κύκλοις περιεχομένη ὅλοτης ἢ πλείοσιν· οὔθ' ὥσπερ ὁ ὄζος ἁπλῶς, οὔθ' ὡς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ· δι' ὅλου γάρ πως αὕτη καὶ ὁμαλίζουσα. χαλεπώτερον δὲ τοῦτο πολὺ καὶ δυσεργότερον τῶν ὄζων· ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ ὡς ἐν τοῖς λίθοις ἐγγίνεσθαι τὰ καλούμενα κέντρα. Hinc Plinius accepit, quae lib. XVI vitiata leguntur, sed ex Theophrasto purgantur hoc modo: Publicum omnium vitium vocant spiras, ubi convoluere se venae aeque nodi. Inveniuntur in quibusdam, sicut in marmore centra, id est duritia clavo similis inimica serris.

Lacrymas et pacten ramorum fasciculus

Vasa propria appellantur quae succum sui generis servant, qui in Chelidonio majori croceus, in Fico, Moro, Hieracio, Soncho, Tithymallo lacteus; in Abiete, Pino, Cupresso oleosus; in Anchusae radice ruber; in Ebulo melleus; in Cinara sanguineus. Quod innotuit ante veteribus; nam Theophrastus lib. IX palam astruit: Συμβαίνει δέ τισι τῶν φυτῶν καὶ χρόας ἰδίας ἔχειν· τοῖς μὲν λευκάς, οἷον τοῖς ὀπώδεσι· τοῖς δ' αἱματώδεις, οἷον τῇ κεντρυΐᾳ, καὶ τῇ ἀτρακτυλίδι καλουμένῃ ἀκάνθῃ· τοῖς δὲ χλωρόν· τοῖς δὲ ἐν ἄλλῃ χρόᾳ. Id quoque ex Plinii libro XVI cognoscitur in quo legitur: Humor et cortici arborum est qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus: Ficis lacteus (huic ad caseos figurandos coagulum vis) Cerasis gummosus: Ulmis salivosus: lentus ac pinguis malis: vitibus ac piris aquosus.

Lacryma humor qui ex stirpibus [vel ille cogente] stillat. Plinius lib. XI. Ex lacrymis arborum quae gluti-

Lib. XII de Thure: Praecipua non gravitati. Lib. XXIII. Lacrymae vitium quae veluti gummi est, lepras et lichenas autem gratia est mammoso et psoras nitro ante praeparata sanat. Columella lib. X cum haerente lacryma priore consecuta alia miscuit se.

Nunc medica panacem lacryma, succoque salubri
Glaucea.
Et lacrymas imitata tuas, Cinyreia Virgo,
Sed melior stactis ponatur Achaica myrrha.

Opos erit succus qui humana ope de stirpibus eliciatur, ut Opium, Thus, Myrrha, Balsamum, Manna, Glycyrrhiza.

Quoniam humores qui vel sponte fluunt, vel arte et vi exprimuntur, vel oleo magis abundant, vel aqua, aliisque pravitibus,

Resina erit quae oleo plurimo referta invenitur, ut Thus, Balsamum, Terebinthina

Pix resina quae ex arborum tedis per ignem educitur, ut ex Pino, Larice, Abiete, Picea.

Ακαμ [illegible] Lauro, [illegible], et seminibus, [illegible] nomen sumit.

Stipula est spica cum parte culmi post messorem relicta, atque in terra deiecta: Caius Digest. libr. L tit. de Verb. signif. Stipula
nec dum lecta) illecta est spica in messe deiecta quas rustici cum uacaverint
colligunt. Terentius Heauton. Act. V. Sc. III. — Praeter hac
Menedemo ipso faciam ut stipulam contegat.
Varro R.R. I Messi facta spicilegium uenire oportet, aut domi
legere stipulam, aut si sunt spica rara, et operae carae, com-
42 pasci. Stipula etiam uocatur quod e culmo detruncatum in aruo relin-
quitur: Virgilius Georg. I
Saepe etiam steriles incendere profuit agros
Atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis.
Quod imitatur Ouidius Fast. IV. Moxque per ardentes stipula crepitantis aceruos
Traiiciat celeri strenua membra pede.
Similiter id quod post foenisicium in pratis praetermittitur, stipula habetur
24 Ouidius Fast. IV — Certe ego de uitulo cinerem stipulamque fabalem
Saepe tuli plena februa tosta manu.
a Varrone accerone, in eiusdem libro R.R. I hac leguntur: tum de pratis stipulam
rastris eradi. Culmus ipse totus est stipula: Plinius libr. XVIII. frumenta
hieme in herba sunt, uerno tempore fastigiantur in stipulam — quicquid in stipula
est — Grana in stipula crinito texere spicantur — ubi stipula domos contegunt.
24
Internodium quoque auena, unde pastores fistulas effingunt, dicimus uabas sti-
pulae adiicit, ecl. III.
an unqua tibi fistula cera
iuncta fuit? Non tu in triuiis indocte solebas
stridenti miserum stipula disperdere carmen
Quoniam igitur stipulam non solum ut cerealium spicarum fabae, eiusque
paues, ciceraque ad pratenses festucas, cicutasque auena traduci
uidemus, frugumque caulis culmus nobis sit, et stipulam in aruo uel
prato relicta, stramentum, ut continuo indicabo, stipulam ad
gramina quae caule culmum imitantur, traducam.
Stramentum, et stramen uulgo strame quod post messem et foenisicium
in segete uel prato relinquitur. Varro R.R. I ubi falce secundum terram
subsecant stramentum — ac de singulis secant inter spicas et stramentum
stramenta relinquunt in segete desicca et stramenta stantia in segete relinqui
uti postea subsicentur — uti stramentum medium subsicent — infra ma-
num stramentum quod terra haeret, postea subsicatur — quod cum
spicea stramentum haeret. Alii stramentum ab stando, uti stramen dictum
putant. Alii ab strato quod id substernatur pecori. Cato: stramenta si de-
erunt, frondem iligneam legito, eam substernito ouibus bubusque. Columella
libr. VI. stabulationi ante praeparanda sunt stramenta quae mense au-
gusto intra dies triginta sublata messis praecisa in aceruum congeri debent
Sed prima ad aream referuntur, ante enim edeltauit. Itaque stramenta hi-
berna stabulatio ante praeparanda sunt, quod et in Politiani codice et in
nostro habemus; minori audacia da tunc legenti. Itaque hiberna stabu-
latio ante praeparanda, sicut stramenta, quae — Cum itaque stramen-
tum totum item culmum amplectatur, culmus autem ad casas contegendas
adhiberi soleat, quemadmodum arundo palustris, carex, atque ulua,
ipsum etiam usum uetres stramentum. Julius Caesar libr. VI. et fere facta iacula
Varro apud Nonium: at in segetibus post messem colli-
gebant stramenta, quei domicilia tegerent.
in casas quae more Gallico stramentis erant tecta, iacere coniecerunt.
Ouidius Fast. V
contectam stramine uidit
Forte casam.
Culmus caulis frugum, ut Tritici, Hordei, secales, Tiphes, Olyra, Zea, Amylaei,
Milii, Panici, Oryza, Phalaridis. Varro R.R. I. In segetibus autem frumentum
(in) quo culmus extulit spicam. Virgilius Georg. I.
et fragili iam stringeret hordea culmo.
— Pinguis palea teret area culmos.
Ramale Persius Sat. I: Ut ramale uetus praegrandi subere coctum.
Columella libr. II. Quod grana et ipsa spica, culmis arentibus et aristis,
celeriter decidunt — Multi falcibus uerriculatis, atque iis uel rostratibus
uel denticulatis medium culmum secant — Quod si falcibus seges cum parte
culmi demessa sit Plinius libr. XVIII. At Milium et Panicum in culmum genicu-
latum et concauum — Panicum a paniculis dictum, cacumine languide
nutante paulatim extenuato culmo pene surculo. Non ignorare tamen
debet Botanicus culmum etiam dici de ipsa spica, de panicula sorgi, de scapo

20) Quintilianus Decl. XII. Et inanes culmos tristis agricola iactavit, cum iis nihil relicturis./

Nam Virgilius Georg. I ita canit ut mala culmos esset robigo.

20) Plinius libr. XVIII de [illegible]: adolescit ad pedes altitudine septem, grandibus culmis, fabas vocant. Columella libr. XII. scias qui culmos fabae excutiant.

Palea vocatur quod ex culmis et scapis post trituram ad stramentum seponitur. Varro R.R. I. Contra quod cum spica stramentum habet, cum in aream defertur. Ibi descendit in aperto loco palam, a quo nominatam esse potest palea. Forasse a πάλλω quod ut secernantur grana, paleam furcillis concutiunt et quatiuntur. Columella libr. VI: minus commode nutriuntur armenta paleis, quae ubique, et quibusdam regionibus sola praesidio sunt, et probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox etiam ex tritico — etiam ex leguminibus paleae — aut leguminum paleas afferim. Plinius libr. XVIII de Vicia: ex semine eius, si tota matura est, palea carens praefertur. Pro glande etiam usurpatur. Columella libr. II. Nam et fragili culmo, et nulla vestitum palea granum eius celeriter decidit. Plinius item libr. XVIII de hordeo: fragili enim stipula, et tenuissima palea granum continetur.

II. quamvis sit etiam trimestris faba, quae mense februario seritur quinta parte amplius quam matura. Sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit.

Acus purgamentum quod sublata palea granis immistum superest. Varro R.R. I. His tritis, oportet e terra subiectam vallis aut cum vannis, cum ventus spirat lenis: ita fit, ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannuatur foras extra aream. Libr. III de Gallinis: In cubilibus cum parturient, acus substernunda: cum pepererunt, tollere substramen, et recens aliud subicere. Cato: stramenta lupinum, paleas, fabalia acus, frondem iligneam, querneam — acus fabaginum. Columella libr. II de Faba: Ac durissimae quidem acus tritura separantque granis a culminibus: minuta vero quae de siliquis cum faba resederint aliter secernuntur.

— Paleas triticeas, hordeacias, acus fabaginum, viciae, vel de Lupino, item de ceteris frugibus omnia condito

Resta vulgo quod ex triticis, nulla et legumine [illegible]

Fabalia fabacea palea, quae etiam palea, ut annotavimus, appellatur. Cato: Paleas, fabalia, acus. Item Scapi fabacei stantes in segete. Varro R.R. I. Et nominantur quam fabalia, si ad siliquas non ita penderint, ut fabas legere expediat, si ager macrior est, protervere inarare solent. Columella II: Veteres itaque rusticos plerumque dicentes audio malle se matura fabalia quam fructum trimestris. Plinius libr. XVIII eadem repetit: Sed maior pars malunt fabalia maturae sationis quam trimestrem fructum eius. Tertullianus libr. de Anim. Pythagoras ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit.

Festuca caulis herbarum. Plinius libr. XVIII de granis: cum herba creverit in festucam, arcere aquas. Item frustum palea. Columella libr. VIII. Per quos festucae curculiique in aviariis passim spargendi sunt. Quando hoc nomine genus inter gramina constituendum est, Festuca vocabulum in honorum dimittam.

Arundo arundinis caulis. Varro R.R. I. Iugorum genera fere quattuor: pertica, arundo, restes, vites. Pertica, ut est in Falerno: arundo ut in Arpino. sic enim est in optimo Politiani libro (ab Arpiana gente, de qua Plinius libr. III) pro vulgato Arpino. Plinius libr. XVIII. Aiunt et circa solstitium (Filices) avulsas non renasci, nec arundine sectas, aut excavatas vomeri arundine imposita — arundo fissa et arundinum folia ad vinciendum apta. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculove. Virgilius Aeneid. libr. VII

parvae ilia texit arundo.

Idem Ecl. Hic viridis tenera praetexit arundine ripas.

Ovidius de Art. libr. II. Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces.

Columella libr. IV. ~~talea et rota arundines~~ talea et rota arundo serius praedicto tempore exuerit. Haec ab Aldo: Veteres excusi libri, et Politiani codex: Talea rota arundo. Noster codex: Talea rota arundo. Forasse: Talea et rota (sive rota) arundo serius praedicto tempore exuerit. nempe rota arundini versa, ut illud Plauti apud Varronem de L.L. libr. VI. Gannit odiosus omni tota familia. Sequitur ea Columella: talea sive rota arundines prostratae deponantur, excrent earum cacumina oportet. In Politiani codice: talea sive rota prostratae deponerentur. Sed in nostro codice potiora: talea sive rota prostrata deponerentur, excrent; nempe sive rota, sive pars (nam talea pars) deponetur. Libr. XI nam nisi arundines transversas in modum iugata vinea crebras dis- posueris./

Calamus tenuioris arundinis caulis: Columella libr. III. et iusta pagina calamus infigitur.

— a calamo

43

— a calamo ad proximum calamum non minus altum quam decem pedes et semisse
refodi. Libr. IV uitis ~~quaternos~~ calamoque applicetur; nouella enim tenui ad-
minicula indiget. — quatenus uelut indices calami demonstrant quod eruendum
sit. Plinius libr. XVI. Lateri arundini calamoque in rotunditatem bina.
Virgilius de fistula quae tenuibus intermediis con[i]ungitur, ecl.
Ludere quae uellem calamo permisit agresti.
Ouidius I Met. de uallatoria arundine quae item gracilis:
Corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres.
Plinius libr. XVIII. ad culmum transtulit dicens: tritici crassissimi calami, et
tenuissimi, similiter calamum esse aliorum frumento quam hordeo. Idemque ca-
ctor. surculum ad inserendum paratum calamum uocat: Inseritur autem oleaster
calamo et inoculatione. Quod etiam Columella ad eandem rem libr. IX usur-
pat: calamus autem non amplius tribus digitis debet allevari aequaliter
est ea parte qua raditur, ut sit laeuis. Hoc in uulgus emanasse pro certo
habemus; nam Transpadani a calamo calmo insitum dicunt, et incalmare
inserere, ac calmetta surculus qui inseritur. Erit itaque calamus tenuioris
arundinis caulis, quod etiam ad gramina specie et corpore calamis pro-
xima potest trahi.

Canna idem uirentibus ac calamus. Ouidius Metam. II.
atque ita disparibus calamis compagine cerae
inter se iunctis nomen tenuisse puella.
deinde:
Dispar septenis fistula cannis.
Columella libr. V gracilis et cannae similis arundo prodeat. Libr. VII. et
tegmentis arundinis quam uulgus cannam uocant. Haec est arundo palustris
de qua Plinius libro XVI. fruticosissimus (calamus) qui uocatur donax, non
nisi in aquaticis natus. Hunc calamum cannae nomine etiam Ouidius Met.
in hoc uersu illustrat: non illic canna palustris
nec steriles uluae, nec acuta cuspide iunci.
Posteriori aeuo, discrimine quod inter arundinem crassam, et cannam
ac calamum statuebatur, posthabito, arundines omnes cannas dici
coeptae. Hac re Palladius libr. III non arundinetum ad sustinendas
uites, sed cannetum constituendum docet dicens: tempore hoc canneta
ponenda sunt — et oculis cannarum per singulas scrobes obrutis. Quod
mox in uernaculam consuetudinem transsiuit. Hinc Tassus cecinit:
Ei che s'affretta, e di tirar s'affanna
dalla piaga lo stral, rompe la canna.
Aloysius quoque Alamannus Colt. libr. I. de arundine satiua ad propagan-
das uites celebrata haec numeris amplectitur:
Prenda i rami da poi che sian sostegnio
alle sue membra, oue al bisognio estremo
a tal uso miglior la canna manche.
Propterea Arundo saccharifera cannae nomen inuenit et cannamelle
nuncupatur. Neque solum per arundines peruagatum uocabulum:
ad alia transiit; caulis enim in Mayico, et Sorgo hac uoce notus, quae
a botanici officio haud aliena uidetur.

Scapus caulis de Papauere Plinius libr. XIX. cuius scapo inciso lacteus succus
excipitur. Libr. XVII de ~~uitis~~ ~~secatorio~~ surculo: Vitium surculis et quorundam
arborum quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi interse-
piunt medullam. Columella libr. IX de Asphodelo: caules acanthini, scapus
Asphodeli. Peculiari usu ad legumina traducitur: Varro R. R. I. Ad scapum
Lupini aliumque quem uti habeat, id solet uincire. Plinius libr. XVIII. Legumina
diutius florent, et ex his eruum et cicer, sed diutissime faba XL diebus. Non
autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente, alius incipit. —
Inuentus est iam et scapus unus centum fabis onustus. In stipitibus itaque
floris retrapetali legumina imitantibus nomen retineatur.

(libro XXI de Albuco siue caule Asphodeli: frequens Diago pro-
dit exitu mensis Martii, et ...nio Aprilis, uel floruerit,
nondum semine eius intu-
mescente, demetendum,
findendosque scapos.)

Thallus θάλλος caulis caepa. Columella libr. XI. thalli caparum uentris prosterv-
nentur, totumque semen accumuletur — sed nec patiendum est ut preva-
lescat, aut totum decidat, uerum interim thalli uellendi sunt, et sole sic-
candi. Palladius libr. III Tit. XXIV de capis: uellendi sunt thalli adhuc semi-
sicci cum semine, et sic in sole siccandi. Sed uernaculus mos seruat, quin

20) Quintilianus lib. I Nat Viminibus [illegible]

Tallo non modo in capitis vocatur, sed & germen significat, ac hinc tallii germen sive caulis edere. Quare pro surculo etiam Statius [illegible] in Sil.

Pergite Amyclaeo spargens altaria thallo.

Perpendendum nunc paucis Lucilii carmen

Flebile cepe simul, lacrimosaque ordine talla

Talla cepae membranas crassas quae caput cepae contegunt, interpretantur, et thallas etiam a Columella pro membrana positum contendit Salmasius, cui quidem assentitur, et siccas nempe membranas Allii esse semen facile dabit. Sed quid est Lucilii Flebile cepe? Radix profecto, et ipsum caput, quod proprie cepe vocatur. Cum igitur cepe ex crassis tunicis, sicut nos opinamur, tallis componatur, cur iterum idem addidit lacrimosaque ordine talla? Nonne talla in cepe, si cepe ex talla membrana scilicet componitur? Manifestum itaque talla Lucilii aliud esse a cepe radice, et caulem esse amplum, crassum ac concavum cepae succique plenum, ac propterea Talla Lucilii a Columella et Palladii thallo non differre. Perpendenti igitur mihi Narcissi, Hiacynthi, Muscaveos, [illegible], Narcisso-leucoii, Lilio-narcissi et aliorum caules qui e bulbo oriuntur, proximiores caepae thallis esse, [illegible] nomen per bulbosas stirpes proferre atque amplificare praesertim cum nostrae consuetudini qua talle ad tam multa tradu[ntur], mos, sit indulgendum.

Anthericos accipitur quod Asphodeli caulis habetur: Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. VII. de caulibus scribit: μέγιστος δὲ πάντων ὁ ἀσφόδελος· ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος — ἐν δὲ τῷ ἀνθερίκῳ [illegible] — [illegible] ὁ ἀνθέρικος ἀσφοδέλου. Id Albucum quod Latinos, ut testatur Plinius lib. XXI. de Asphodelo: Theophrastus et fere Graeci, principesque Pythagoras caulem eius cubitalem, et saepe duum cubitorum, foliis porri sylvestris, Anthericon vocavere, radicem vero id est bulbos Asphodelon. Nostri illud Albucum vocant, et Asphodelon hastulam regiam. — Albuco est [illegible] scapus cubitalis, amplus, purus, laevis.

Colis, Caulis, καυλὸς, fusto vulgo, gambo, stipite quid sit, omnibus notum. Id ad arbores etiam transferunt Columella pro tenello surculo posuit lib. VI. Sunt qui teneros Lauri caulium libram cum arbotani maceratis pari portione dent cum aqua calidae duobus sextariis, atque ita faucibus infundant. Quae ab Aldo sunt: Sunt qui teneram lauri coloni libram et arbotanum terari cum excusum fuit: sunt qui teneram laurum coloni libram et arbotanum terari cum pari portione dederint cum aqua — Solus Beroaldus incautus est qui pro colosticuli posuerit. Noster codex: sunt qui teneros lauri coloni [illegible] et arbotanum terari cum portione dederint. Vegetius de art. Veter. lib. III c. III ita accepit Sunt qui ex foliis lauri teneris libram, arbotanum terrense pari portione deterunt cum aqua calidae 2 sextariis, atque ita faucibus infundunt. Forasse ita: sunt qui teneras lauri colium libras, et arbotani maceratas cum pari portione deterant cum aqua. Prius medicamentum est terandum, deinde dandum. Datur autem cum in fauces infunduntur. Columella lib. V terrosque vinearios coles praecipitare Libro de arb. ex eo codice cum egerit coles. Varro

de flagello) R. R. I de stilo qui est nucleo oleagineo prodit: quod est eo radicis enascitur colis — de vitis sarmento: Pampinare est e sarmento coles qui nati sunt, de his qui plurimum valent ad secundum nonnunquam etiam tertium relinquere. Cato: vinias novellas alligare crebro, ne caules [illegible] frangantur. Saepe de Brassica dicitur Horatius Sat. II

Caule suburbano qui siccis crevit in hortis

Dulcior

Columella lib. X ut in antiquis libris: Sed iam proterocomos tempus decidere caulis. lib. XII. Cymas, caulem, capparim, pedem milvii, puleium, digitellum com[i]... pluribus diebus sub tecto siccari, donec flaccescat, et tum eodem modo condiri convenit. Sed inter herbas ac crementa vocabulum coliculus caulem significat, sed omnia longe minora. Varro R. R. I de

Plinius lib. 19: Praecipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in pastinato seras.)

cauliculus, coliculus, eadem significat, sed omnia longe minora. Varro R. R. I de capreolo: id est coliculus virens, intortus, cum cincinnus — de olea et quae seminibus paratis quod enasci coliculi inde queunt. Columella lib. X. de olea item: Cum subiectus ager consitus non est, arbor coliculum agit; cum seminibus repletur, fructum affert. Lib. XII Priusquam olus atrum coliculum agat. Cato: eo addito brassicae coliculos duos, betae coliculos duos cum radice sua. Plinius lib. XIX. Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae.

Lib. XI. Sed et faba eandem culturam accipit si iam coliculus eius in quattuor digitos altitudinis creverit. Lib.

Stacte, Stacte inter resinas probatissima est Myrrha [?] Dioscorides lib. I. Στακτὴ δὲ καλεῖται πρόσφατος σμύρνης, τὸ λιπαρὸν κοπτομένης μεθ' ὕδατος, ὀλίγῳ ἀποθλιβομένου τε δι' ὀργάνου, εὐώδης τε ἰδίαν, καὶ πολυτελὴς ἐστι, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσα [?] τὸ καλούμενον στακτή. Plinius lib. XII est Myrrha: sudant autem sponte prius quam incidantur, stacten dicunt, cui nulla praefertur.[2] Lucretius lib. II

(2) Hinc et unguentum [?] nova Dioscorides, appellat, quod ex stacte componitur)

Nec iaciant ullum proprio de corpore odorem,
Sicut Amaracini blandum, stactaeque liquorem
et nardi florem, nectar qui naribus halant,
quom facere instituas.

14

Plautus Must. act. I scen. III Vin' unguenta? Ph. quid opus est? Cum stacta accubo.

Hammoniacum ex resinis haud ignobile celebratur a Dioscoride lib. III. Ἀμμωνιακὸν καλεῖται δὲ αὐτό ὀπός ἐστι νάρθηκος γεννωμένου ἐν τῇ κατὰ Κυρήνην Λιβύῃ [?] Τὸ ὅλος ὁ θάμνος [illegible] Duo eius genera: Thrausma contra impurum [?] quod purum densum, amarum, ac Castoreum redolens: Phyrama [?] Dioscoride hac refert: Ergo Aethiopia subiecta Africae Hammoniaci lacrymam stillat in harenis suis, inde et nomine etiam ab Hammonis oraculo iuxta quod gignitur arbor quam Metopion vocant resinae modo aut gummi. Genera eius duo Thrauston masculi thuris similitudine, quod maxime probatur. Alterum pingue et resinosum quod Phyrama appellant. Non omnia tamen probanda, nam Thrauston in Dioscoride est thrausma: Metopion vero Galbanum gigni non Hammoniacum, ut ex Dioscoride declaratur.

Galbanum est succus qui ex ferula quam Metopion vocatur, nascitur, si Dioscoridi credimus lib. III scribenti: Χαλβάνη ὀπός ἐστι νάρθηκος ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ὅν ἔνιοι μετώπιον καλοῦσιν. Plinius lib. XII Dat et Galbanum Syria in eodem Amano monte ex ferula, quae eiusdem nominis resinae modo stagonitin appellant. Lucretius lib. IV. Hic ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant. Columella lib. Sed negat Helleboros, et nocua galbana succo.

Elaterium succus ex silvestris cucumeris fructu expressus Dioscorides lib. IV Τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τῷ καρπῷ τοῦ σικύου σκευάζεται. Plinius lib. XX. Cucumim silvestrem esse diximus multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum quod Elaterium vocatur, succo expresso semine. Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. IX καὶ τῷ σικυῷ δὲ τῷ ἀγρίῳ τῷ μὲν ῥίζαν ἄλφῳ καὶ ψώρας θεραπεύει· τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον.

Opium ut Dioscoridis verbis dicam est Μήκωνος ὀπός, unde nomen. Plinius lib. XX: Papaveris vero (succus) largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant. [illegible] papaveris succus

Meconium quod ex contusis capitibus, foliis et caulibus papaveris vi exprimitur, et decoquitur. Plinius lib. XX. Cum capita ipsa et folia decoquuntur, succus Meconium vocatur, multum opio ignavior.[22] Nomen a papavere quod Μήκωνα Graeci dicunt.

22) Haec ex Dioscoridis lib. IV accepit.)

Manna qua utimur medicina, succus qui, inciso Orni cortice, in Calabriae Italiae locis stillat. Manna etiam [?] quae in roscidis foliis per aestatem aliquando prima luce invenitur, cuius in sacris litteris celebrata. De hac Plinius lib. XI haec posteritati tradidit: Venit hoc (mel) ex aere, et maxime siderum exortu praecipueque ipso Sirio explendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu sublucanis temporibus. Itaque tum prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur ac si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes capillumque concretum sentiunt. Est similitudine Thuris grana manna appellata, ut lib. XII de Thure agens testatur Plinius: Micas concussu elisas mannam vocamus.

22) Mastiche nuncupatur: Plinius lib. XXII de Chondrilla: Habet proxima terra mastichen tuberculo fabae.)

Mastiche Lentisci lacryma. Dioscorides lib. I de Lentisco: Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχινίνη καλουμένη, ὑπὸ ἐνίων δὲ μαστίχη. Plinius lib. XII. Mastiche Chia e Lentisco traditur gigni gummi modo. Tuber etiam in herbis[22] liquor arborum concretus et glutine, cui [illegible] attribuerunt.

* Gummi

Pasis apud Columellam ad crudam picem refertur; nam lib. XII haec invenio: His commisceri rasis (quod est genus crudae picis) eaque quanto est candidior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, cum est contusa, in pulverem redigitur. Rustici hac aetate adhuc nomen servant, et [illegible] gummi

vasa appellant.

Pauca de stirpium succis quae propria appellatione excellunt, attigisse satis visum, quo exemplo diligens botanicus tot alia quae quotidie ex remotis regionibus invehuntur, atque incerta sunt, donare familiare poterit, multum etiam Graecia cum opus erit, tribuendo. Ea autem quae suae originis nomen servant, ut pleraque quae in ~~stirpibus~~ stirpe sua usu aut nobilitate praestant, consulto praetermisimus, qualia sunt: Terebinthina, Styrax, Balsamum, Opobalsamum, Opopanax, Acacia, Tragacantha, Glycyrrhiza, Euphorbium, Aloe, Scammoneum, ~~Thus~~, Cedria, Belzoinum. Nam ab instituto longius discedere opinarer, tam minuta cura pluribus prosequentis, cum similiter aperta inveniantur, dummodo comprehenquaeque in stirpibus sive fructus, sive semen, radix, caulis, folium flos, succus fuerint, a natura recte denominari, si excellant virtute aliqua aut decore, atq. inter reliquas partes magis praestent.

Vena, ~~Fibrilla~~ fistula vasa per quae stirpium humor sursum et deorsum fertur. His pleraque in stirpibus, quin omnia componuntur.

Trachea vas ex laminis cartilagineis ad excipiendum aer, atque servandum, quem dum aeris vi distenditur, et laxatur, utriculos, fistulas, fibrillasque comprimit et succos in motum citat, atque compellit, ex quo germinatio. Cohibente autem frigore, contrahitur trachea, et proxima quiescunt.

Utriculi sunt vasa brevia, tumida, inter se catenata, et per transversum interrupta ducta, in quibus humor servatur.

Tomentum brevissima lana foliis, caulibus, fructibusque innascens.

Crepido nis membrana foliacea quae de caule, aut ramis egreditur Plinius lib. XXII. Acanthus est topiaria et urbana herba lato longoque folio, crepidines marginum adsurgentiumque pulvinorum toros vestiens. ~~Dioscorides lib. IV. cxx~~

Torus quid adsurgens atque extra eminens ad excipiendum fructum, ut in crepidine ex Plinio ostensum. Idem lib. XV. Grandissimus (fructus) Pineis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris. Torus etiam nodus in vite quoniam eminet, ubi religatur. eo enim loco durius ligatum, propterea minus penetrat, laditque vitem: Columella lib. V vitis novella toribus ad arborem alligetur. Idem de Arb. Arbustivam vitem quam putare, tam alligare diligenter oportet; nam in eo fructus maxime vis consistit, diutiusque perennat quae firmis toris, et idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis convenit subsequi putationem, ita ut tori renoventur, et vitis per idoneos ramos disponatur.

Stria pars in longum eminens in caule, ramis, aliisque. Plinius lib. XXII de Boletis: Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Idem lib. XXI de Lilio: Candor eius eximius, foliis foris striatis, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus.

Striae canaliculus inter strias subsidens.

Verticillum ambitus foliorum, calycum, florum, orbicularis, circa caulem vel ramos; ut de ~~Marrubio~~ Clinopodio scribit Plinius, quale in Marrubio, in Stachyde, in Pulegio, in Leonuro, aliisque plurimis. Id in Ballote sive Marrubio nigro sic Dioscorides lib. III significat: καὶ τὰ ἄνθη δὲ ἅμα περίκειται λευκοῖς τοῖς καυλοῖς τροχοειδῶς. At in Marrubio hoc modo: καὶ ἄνθη διουεῖ σπόνδυλοι ἠλέα.

Merges spicarum cum parte culmi manipulus. Plinius lib. XVIII. Stipula alibi media falce praeciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Virgilius Georg. II. Aut foetu pecorum, aut cerealis mergite culmi.

Fascina fiscina a fasce sarmentorum virgarumque fascis. Cato: De vinea et arboribus putatis sarmenta degere, et fascinam facere. Quod in universa Italia adhuc retinetur.

Manipulus frumenti fascis quod a messore manu comprehenditur, idem ac merges. Varro R.R. I. et manipulum ubi quemque subsecuerint, ponunt in terra. Dicitur et de foeno: Plinius lib. XVIII. Iustum est una opera iugerum in die desecari, alligarique manipulos ducentos quaternum pondo. Columella libro II. Et utrumque siccatum coacervabimus in strigam, atque in manipulos vinciemus. In quibus ex vetustis editionibus male utrinque pro utrumque, nempe tam superiorem foeni partem quam inferiorem. At striga est veluti ordo in oblongum digesta, quod etiam nunc stregia rustici vocant, et urbani stregua: facit. Kauantzhes

in quam... crescunt. Lib.

cauliculi, mox nodantur, ...

Nel bene, o male che ne avverrà, non anderemo noi altri ad una stregua videlicet in eundem ordinem.

(Vulgus scopa)

Scopae, Scopula, scopae, caulium, ramorumque fascis. Plinius Libr. XX de Marrubio: scopis eius cum panico aqua decoctis ut asperitas succi mitigetur. Libr. XXII. Pellit et interaneorum animalia — in vino austero cum origani scopis. Cato: Aliquot

45. eas facito scopas virgeas ulmeas: in asserculo adligato: eabus latera doliis intrinsecus usque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat — Pruinasque scopulas in dolia facito habeas illi vel quis latera doliorum circum frices. Quod his exprimit Columella libr. IV. Item fasciculos foeniculi fustibus illigatos quos possit utique ad fundum vasorum dimittere, et quidquid faecis subsederit excitet et in summo reducat. Libr. XII. Et scopulis aridae myrti seria suffiantur.

Sarmentum laterale quod non solum in Vite, sed etiam in Ulmo, et aliis arboribus ex ani malculorum ulmeve contingit, Tabula ostendit. Columella libr. IV. Sarmenta lata, vetera, male contorta, deorsum spectantia decidito. Fit etiam in herbis, ceu in Bora Plargeaulo Lugd. 1533.

Acrotenium ακρωτηριον summitas. Est nobis extremitas petioli, artus, foliive quae in acetabulum excipitur, ducta ab extremis digitorum partibus, quae sub unguibus sumunt, Aristotele auctore similitudine.

Papilla eadem extremitas quae in fructum tumida penetrat, ut in cerasis fit, in uvis

Verruca, verrucula, papula quam Malpighius Fungos nuncupat, vesicula, vel tuberculus in summis pilis humore referta, ceu in Androsaemo, Hyperico.

Pinna et pinnula appendix in stipitibus utrimque limbo cultis ornata.

Ilium bractea, vel foliolum, aut gluma pilorum ordine structa

Ramale ramus inutilis ex arbore recisus. Ovidius Metamorph. VIII.

Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit et minuit.

Sed etiam ramus ad arborem haerente significat, ut Tacitus libr. XIII declarat: Quisquiliae ex festo dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumque cadit. Caecilius: Quisquilias volantis venti spolia memorans modo

Stirps Fustis, trunco quid sit declarat Ofilius Digest. libr. XXXI T. 1. Et utique et cremia et sarmenta et superamenta materiarum, et virium stirpes atque radices (simili nomine) continebuntur.

Surculus, virga, virgula quod ex stirpe ortum, neque deciduum folia seu articulum excipit, ut in Barba Iovis, in qua surculo iunguntur e. ex coniugatione foliorum costae connexa articulo. Delabuntur folia, non delabente surculo. Utitur Plinius hac voce pro acrotenio libr. XV. de Malo Punico dum scribit: ac surculo pice illito — Sic et sorba et pira, illitis omnium surculis pice.

Gemma, oculus unde germen in arbore et frutice oritur. Columella libr. IV. Sed longi palmites non mensura, verum gemmarum numero aestimantur — Atque spissa internodia, frequentesque oculi sunt, quamvis brevi, multis palmitibus virescit — Namque confluens humor caecat oculum, nec patitur frondescere.

Tomentum, lana, lanugo

Lanula exigua lana

(Seneca epist. XC
Furca utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus ac fronde congesta, etiam (videlicet disposita) decursus imbribus quamvis magnis erat.

Eodem anno Ruminalem arborem in comitio quae super octingentos et quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, et arescente trunco prodigii loco habitum est, donec in novos foetus revivesceret.)

Folium tam in herbis quam in arboribus fruticibusque a φύλλου unico v; sive
quia arbores [?] non geminabant, sive quia alterum in i[?]currebant, ut ἄλλος,
alium. Columella lib. III. Quo uitis neque folium notabile gerit. Varro R.R. 1
Itaque Graeca ad Gortyniam dicitur Platanus esse quae folia hieme non amittat.
— uti neque Ficus neque Vites amittant folia. Plinius lib. XVIII de Faba
Aegyptia: Simile caput papaveri, colore roseo. In eo faba non supra viginti:
folia ampla. libro XX de Lactucis: caule et foliis contusis — Huius folia
trita. Lib. XIII de Cedro: Sunt autem Cupresso foemina etiamnum silve-
stri similes folio. De Loto: incisura foliis crebriores. De Chamelaea: Est similis
oleastro foliis angustioribus.

Frons frondis in arboribus et fruticibus folium. Varro R.R. 1 de Ulmo: et fron-
dem iucundissimam ministrat ovibus et bubus. Cato: frondem iligneam,
querneam — frondem populneam — Bubus frondem ulmeam, populneam,
querneam — Ovibus frondem viridem usque dum habebis, praebeto.
Columella lib. IV. Ulmus Atinia — frondem iucundiorem bubus praebet
— Quibus quia raram neque idoneam frondem pecori praebet, a rusticis
quoque repudiata est. Virgilius Georg. II.

Sed trudit gemmas et frondes explicat omnis.

Ovidius Fast. VI. ~~fronde ter arbutea~~

Protinus arbutea postes ter in ordine tangit
Fronde, ter arbutea limina fronde notat.

Plinius lib. XVI. Rhododendron, ut nomine apparet, a Graecis venit.
Alii Nerion vocaverunt, alii Rhododaphnen sempiternum fronde, rosae simili-
tudine, caulibus fruticosum. Sed invenio etiam in herbis usurpari frondem.
Columella lib. XI de Apio scribit: vel si crispae frondis id fieri malueris, semen
eius indito in pila, et saligno pilo pinsito, exspoliatumque similiter in lin-
teolis ligatum obruat. Statius Theb. VI

Examinea frondes sinceraque caespite vina

Petalorum folium quod coloratum gignitur, ut in Sclarea sativa, in Acantho mol-
li, in Horamino sativo, in Bugula alpina villosa, in Tilia. Quod cum sit natura
folium, petalum colore mentitur.

Ageneophyllon folium a ceteris in eadem stirpe dissimile, et tanquam
degener, a voce ἀγενεόφυλλον, ut in caule Thlaspeos veri Diosc. Za-
Smyrnii Cretici, Apii hortensis, in Ranunculis nonnullis, Scabiosis, Lactucis, aliisq.

Phyllanium plura folia minuta in unum collecta, ut in Cypero, de quo Dioscorides lib.
I. οὗ κατὰ κορυφὴν φυλλάριον ἐστιν ἔκφυσις μικρῶν, καὶ σπέρματος.

Phyllas dis foliorum inaequalium series, ut in herbis antequam in caulem surgant, cum
maxima extima, media minora, intima minima coacervantur, et in ramis
etiam.

Epiphyllis dis folium folio innatum, ut in Hippoglosso, in quo propria lingula dicitur.
Plinius lib. XXVII. Hippoglossa folia habet silvestris Myrti concava, spinosa
et in his ceu linguam (folio parvo exeunte de folio) quae lineis conclusimus
aliena profecto, quibus quid esset lingua, explicabatur. Dioscorides lib.
IV de eodem Hippoglosso: καὶ ἐπ᾽ ἄκρων ὥσπερ γλωσσίδα παρὰ τοῖς φύλλοις.

Phyelus φύελος folium petalorum in orbem circumactum et cavum, ut in Trithymallis
de quibus Dioscorides IV. ἐπὶ ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ κόμη [?]
ῥαβδίον, καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν ὑπόκοιλα ὅμοια πυελίοισιν, ἐν οἷς ὁ καρπός.

Seta folium angustissimum et breve, ut in Picea, Pino, Abiete. Plinius lib. XVI.
Omnibus his generibus brevi seta, et crassiore, duraque, ceu Cupressis,
Picea, Abieti.

Fibra foliolum angustum et longum. Cato: Pomi fibras tris. Columella lib. II. Triticumque
et adoreum, cum quatuor fibras habere coeperint. Lib. VI. Quidam Porri fi-
bras dant — Porri etiam succus oleo, vel ipsa fibra cum hordeacea farina
contrita remedio est. Gesnerus qui Clariss. Virorum Ursini et Morgagni
emendationem suscepit, cum ante oleo omisit. Illud enim veterum
vero editionum succum ex duabus coaluit succus, et cum. Lib. X

Iam teneris frondens Lactucula fibris.

Lib. XI. cunctaque tempestiua satio est, cum enata frumenta
quatuor fibrarum esse coeperint — deinde cum ternas fibras emise-
runt. Allii et Ulpici spica — omnes radiculas amputes, et fibrarum
summas partes intondeas. Plinius lib. XVIII. Sarrire hibernas fruges
maximeque fabam [?] cum in eo cum quatuor fibrarum esse coe-
perit.

[?] cunt. Lib.
cauliculi, [?] hiberni, [?]

Seminale folium quod ex parenchymatis primum evolvitur caeteris dispar, ut in Ferula, Caucalide.
Neque enim in omnibus stirpibus parenchymata seminale folium producunt, ut in Faba evenit, Lupino, Cicere.

Graecis ἶυ)

Costa pars folii media extuberans qua folium petiolo, arctui, vel stirpi affigitur. Id ita nitam nostri fecere dum vocant: Lactucam silvestrem Scabiosam costa spinosa H. R. Par. Lactucam silvestrem, costa spinosa C. B. Pin.

in Lauro Alexandrina)

Rachis costa folii unde fructus nascitur, ut in Hypoglosso, in Tilia. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. III. de Lauro Alexandrina: τοῦ γὰρ καρποῦ ἔχει ἐκ τῆς ῥάχεως τῶ φύλλω.

Nervus qui a costa natus hinc inde per folium spargitur.

Petiolus extremitas angusta costae extra folium proiecta, per quam folium vel stirpi affigitur, vel arctui, qualis in Celti, Viburno, Betula, Fago, Populo, Ostrya, Corno, Ligustro.

Arctus pars quae extremitate ~~[illegible]~~ matri sive stirpi iungitur, ~~[illegible]~~ reliqua folia per petiolos excipit. Committitur autem arctus cum stirpe per articulum, et cum foliis per articulum item. Sed folia duplici modo suscipit: primo per coniugationem, ut in Sorbo fit, in Vite vinifera, Pseudoacacia, Azederach, Zizypho, Bignonia, Terebintho, in qua summum et imum folium ab arctu nunquam separatur: altero summa extrema parte folia gerit, ceu in Hippocastano, Nuce (cuius ultimum folium, ut in Terebintho, deciduum arctum sequitur) Laburno Plinii, Vitice, Toxicodendro triphyllo, Vite quinquefolia Canadensi. Mirabilis tamen in Vite Caroliniana, Apii folio arctus natura; nam in plures dividitur.

Vertebra, articulus, geniculum id circa quod arctus vel stirpe, et folium ab arctu vel ad stirpem flectitur, eoque firmatur. Festus: geniculas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit. Plinius libr. XIX de Rubia: caulis geniculatus quinis circa articulos in orbem foliis.

Pteryx gis ala quae ex foliis binis et binis arctui affixis componitur, ut in Sorbo, Pseudoacacia, Mimosa. Id Theophrastus πτερυγώδης appellat hoc de Sorbo libro περὶ Φυτ. ἱσ. III scribendo: φυλλοβολεῖ δὲ οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸ πτερυγῶδες.

Pterygodes autem nobis erit folium quod in alam ordinatur.

Lobus foliorum extremum. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. III. de Sorbis: φύλλον δ' ἀμφοῖν τὸ μὲν μῆκος ἔχει μακρὸν ἰνοειδῆ· πεφύκασι δὲ στοιχηδὸν ἐκ τῶν πλαγίων πτερυγοειδῶν, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ ὅλου, λοβοὺς δ' ἔχοντος ἐσχισμένους ἕως τῆς ἰνός.

Lacinia ~~Fissura~~ Fimbria foliorum, petalorumque. Hinc laciniosum folium. Plinius libr. XXV de Damasonio: folia erant Plantaginis, nisi angustiora essent, et magis laciniosa.

Bulla vesica in foliis et caule, ut in Echio, et Dipsaco. Plinius libr. XXVII. Dipsacos folia habet lactucae, bullasque spinosas in dorso medio.

Pes pediolus herbarum, in quibus pedes neque a foliis, neque a stirpe separantur. Columella libr. X

Deprimitur folio viridis, pede candida Beta.

Frequentius usurpatur pro tota stirpe herbacea, dum caule privatur. Sic vulgo dicimus: un piede di Bietola, di cavolo, di Lattuca. Varro R. R. 1. Quam quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Pomponius in Placenta: Rustici edunt libenter pedibus tristibus arvos intybos. Lucilius de Intybo: Intybu' praeterea pedibus praetensus equinis.

Pediculus parvus pes. Plinius libr. XIX de Brassica: sunt qui plantas in transferendo alga subdita pediculo, nitroque trito quod tribus digitis capiatur celeriorem ad maturitatem fieri putent.

Cactus ad pedes refertur: foliorum enim pedes cum tota stirpe, aggesta terra macerantur, et ita teneriores reddita in cibum sumuntur ac Cardum iusta appellatione vocamus. Scribit Athenaeus libr. II. τίς δέ, τούτου ἂν τις πειθόμενος, θαρρῶν ἂν εἴποι τὴν κάκτον εἶναι ταύτην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων μὲν καλουμένην κάρδον —— ἀλλαγὴ γὰρ δύο γραμμάτων κάρδος καὶ κάκτος ταὐτόν ἐστι. Plinius libr. XXI. Est cactos quoque in Sicilia tantum nascitur suae proprietatis et ipsa

In terra serpunt caules a radice missi lato folio, et spinoso: caulesque
vocant κάκτους, nec fastidiunt in cibis inveteratos. Condiunt muria. Theo-
phrastus περὶ φυτ. ἱσ. VI de Cinara: ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης
καυλοὺς ἐπιγείους τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες· καυλοὺς δὲ
καλοῦσι τοὺς κάκτους. Qua ita ex Plinio atque Athenaeo emendata attuli-
mus, quippe Theophrasti libri valde vitiati. Caeterum caules ut foliorum
pedes, vel potius pro tota stirpe antequam in caulem erumpat, sunt acci-
piendi, nequaquam enim veri caules quos non cactos, sed πτέρνικας
Theophrastus, ut in caulis ratione enarratum est, appellari restatur.
Pericaulum ὁ περὶ αὐτὸν, ὁ καυλὸς erit res sicut pediculus qui caulem amplectitur, ut
in Arundine, Cerealibus spinibus, ac graminibus.
Talaria erunt bina pedis particula ab utroque bine inde demissa.
Phragonium πλαταγώνιον Papaveris folium Theocritus Idyl. XI.
ἤ γλάσιον ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγώνι' ἔχοισαν
sic ab amplitudine vocatur.
Thrion θρῖον et θρῖον Folium ficulneum. Athenaeus libr. VII. θρίοισι ταύτην εἴληφα.

De radice

Radix pars stirpis unde humorem, et nutrimentum sumit. Columella libr. IV. Quod opus ad-
Radicula pastura radix vulgo Barbicella Barbolina Columella libr. IV. Quod opus ad-
aperitas ostendit aestivas radiculas, easque pruudens agricola ferro decidit. M.
Tullius libr. II de Divin. tum secundum quietem visus ei dicitur draco radiculas
ore ferre. Eadem fibra dicitur. Plinius libr. XVIII. Frumenta multis radicant-
ur fibris. M. Tullius Tusc. III. Audeamus non solum ramos amputare
miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere.
Fimbria extremitas radicum in lacinias discreta. Plinius libr. XXVII Radix fimbriata
multis capillamentis.
Cirrus radicula crispa, et contorta.
Spongia complicatio radicum, ut in Asparago, Helleboro, Asclepiade, Men-
tha. Columella libr. XI de Asparago: quas radiculas sic illigatas atque
connexas olitores spongias appellant. Plinius libr. XIX. Asparagus seri-
tur spongiis; est enim plurima radicis, altissimeque germinat — tum
spongiis seri singulorum pedum intervallo — deinde nexis inter se radi-
cibus spongias factas post aequinoctium autumni disponunt pedalibus
intervallis — eodem tempore seritur mentha planta, vel si nondum
germinat, spongia.
Bulbus βολβὸς bulbo radix est tunicis composita, ut Narcissi, Lilii, Croci, Col-
chici, caepae, allii, Pori, hyacinthi. Plinius libr. XXI de croco: seritur radicis
bulbo. Post crocum et Scillam addidit: Bubonum genera quidam adnumerant et
cipiri hoc est Gladioli radicem. De Hyacintho: radix est bulbacea. Columella
et gemmam Arundinis bulbum vocat, quoniam ut bulbus seritur, et bulbi
speciem refert, ut libr. IV. Seritur bulbus radicis, et libr. de Arbor. Arundo
optime seritur quos alii bulbos, alii oculos vocant. Plinius libr. XVII hoc in-
de hausit: Seritur (arundo) bulbo radicis quem alii oculum appellant.
Tunica crassa membrana qua coacervata bulbus existit. Persius Sat. IV
Tunicarum cum sale mordens
caepe
Theophrastus libr. I de radicum discrimine: αἱ δὲ λεπυριώδεις, ἢ φλοιώδεις, οἷον
αἵ τε τῆς σκίλλης, καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου, καὶ τῶν τούτων ὁμοίων.
22) ita scribit: καὶ Membrana et membranula extima mollis vel pellicula bulborum plerumque
τῶν κρομμύων ἀφαιροῦν exsucca. Theophrastus libr. I περὶ φυτ. ἱστ. κέλυφος vocat; nos de Caepinis tunicis
τὰς ῥίζας τὰς κάτω Spica ἄγλιθες. Ο γέλγις δ' ἐς, γέλγις ιος, nucleus Allii quo plurimo eius caput
καὶ τὰ κελύφη.) coacervatur. Id de staminibus extremis veterum auctoritate ex Latio petita
spica vocem confirmabimus. Dioscorides libr. II de Allio: καλοῦσι δὲ τὰς ἐν
αὐτῷ ῥᾶγας ἄγλιθας. Nicandri interpres: ἄγλιθες οἱ κόκκοι ἐξ ὧν αἱ κε-
φαλαί

1. διὸ καὶ τὰ σκόροδα διαιροῦσιν ~~...~~ εἰς τὰς γέλγεις. Eo libr.

Φαλαὶ τῶν σκορόδων συμπεσεῖται. Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. VII. ταῦτα σκόροδα ὅταν ἀνοιδήσῃ ἡ γέλγις, κορτῶται πάλα

Unio Capa sine adnata sobole. Columella libr. XII. Capam Marsicam simplicem quam vocant unionem rustici, eligito. Ea est quae non fruticavit, nec habuit soboles adhaerentes.

47

Nodulus, lacryma. bulbulus qui in caule Lilii, Allii nascitur. Plinius libr. XXI Alba lilia iisdem omnibus modis servantur quibus Rosa, et hoc amplius lacryma sua, ut Hipposelinum — colliguntur namque mense Julio scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in faece nigri vini vel Graeci mense Martio macerantur, ut colorem percipiant, atque ita in scrobiculis serventur. Libr. XIX. Hipposelinum Graeci vocant, alii smyrneum. E lacryma cauliculi nascitur. Seritur et radice. Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. I. ἰδιωτάτη δὲ ἡ (γένεσις) ἀπὸ δακρύου. καὶ γὰρ ὅτι δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀποῤῥυὲν δάκρυον. καὶ γὰρ τοῦτο ἀφίησι δάκρυον. φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου. Libr. περὶ φυτ. αἰτ. I. ἰδιωτάτη δὲ βλάστησις ἡ ἐκ τῶν δακρύων. οἷον τοῦ θ' ἱπποσελίνου, καὶ τοῦ κρίνου, καὶ ~~...~~ ἐνίων ἑτέρων.

Tuber a tuberis similitudine, ut jamdudum vulgo usurpatur, radix ex tunicis non composita, densa ac carnosa, ut in cyclamine, solano tuberoso, Anemone, Gerania, Poeonia, Lilio-asphodelo, asphodelo, Corona solis parvo flore, tuberosa radice, Cotyledone, Cypero, Oenanthe, Filipendula.

Tuberculum tuber parvum.

Vel a φλὸξ flamma

Flos ἄνθος fiore παρὰ φλέω hoc est fructu abundo, sum refertus. Pars tenera ac fugax, colore et figura insignis, quae post explicationem cito decidit, aut marcescit arescitque.

Flosculus ἀνθύλλιον fioretto M. Tullius Off. II. Ficta omnia celeriter ~~decidunt~~ tanquam flosculi, decidunt. Sed proprie flosculus in conglobato flore disco vocatur.

Nympha κάλυξ, νύμφη. Flos silens bocciuolo, boccia. flos nondum expansus. Hesychius: καλυκάνθος ~~...~~ τοῦ ῥόδου, τὸ μὴ ἐκπεταθὲν ἄνθος, ἡ νύμφη. Suidas: κάλυξ ἄνθος ῥόδιον μεμυκός — κάλυκας ῥόδα κεκαλυμμένα. Hieronymus in Esa. Calyx tumens rosa nondum foliis dilatatis. Columella libr. XII. Item ferulae coliculos silentes — silentem florem cuius alba, et asparagi. Plinius libr. XVI utriculum vocat: Pariuntque, flosque ille turpis constat utriculis.

Barbula. semiflosculus in conglobatis floribus, qui petalo et tuba, si semen subeat, constat; petalo tantum, si careat semine. Plinius libr. XXI de Bellio: ~~Tubis~~ Modo in plures partes pastillicantibus quinquagenis barbulis coronatur. Modo in linres dividitur ut in Cyano, Centaurio majore, Cyanoide: modo in lingulam desinit, quae proprie barbula singularis. Ut in Bellide, Astere, Jacobaea, Virgaurea, Matricaria. Sunt etiam semiflosculi quorum petala velut detruncata iacent, altius bifidata tuba eminente, quales in Abrotano, Artemisia, Absinthio gignuntur.

Rictus, os oris, hiatus floris monopetali.

Petalum πέταλον floris folium coloratum.

Monopetalus flos qui ex unico petalo fit, ut Antirrhini, Mandragorae, Echii, Hyacinthi.

Polypetalus qui ex pluribus petalis componitur, ut Lilii, Viola, Leucoii, Rosa, Rubi.

Apetalus qui caret petalis, ut in Brusco, Nuce, Ricino, Arundine, Gramine, Junco.

20) de Lilio: ita exterior coloreque differt ac altius et a lyris alius staminis differentia anguia

Stamina filamenta tanquam bacilli quibus apices impositi. In monopetalis stamina ut plurimum haereant, plerumque cum petalo committuntur. Plinius libr. XXI

Apices, Croca corpuscula ex capsulis constata, in quibus succus maturatur, qui per ~~...~~ stamen ad fovendum ... defertur. Circa staminum usum nonne tuetur. Plinius libr. XXI de Convolvulo: nascens per frutices insaniunt motrales. Idem libr. XXI de Lilio: Candor ejus eximius nullo odore, nec crocis intus.

majus, floris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo et staminum, stantibus in medio croceis. — De Rosa: ac sese pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices.

Unguis pars infima petalorum. Plinius lib. XXI de Rosa: Usus ejus dividitur in folia et flores. Capita foliorum partesque candidae ungues vocantur. — Per se cum ungues non detrahuntur; ibi enim humoris plurimum; aut cum detractis unguibus — ungues rosae epiphoris salubres sunt. Haud aliter Dioscorides de unguento rosaceo lib. I. ἔνιοι δὲ αὐτὰ μόνα τὰ ῥόδα ὀνυχίσαντες, καὶ ἐκθλάσαντες ἐναποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ. Idem de rosis: ὀνυχίζειν δὲ δεῖ τὰ ἁπαλὰ ἀποψαλλίσαντας τοῦ ὄνυχα καλούμενον· ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν ἐν τῷ φύλλῳ. Unguis etiam obliqua pollicis seu custodis sectio vocatur. Columella lib. IV. ungues custodum annotinos resecato. De recidendo pollice: deinde ne sagitta, sed ungulae similis fiat resectio.

Labium et labellum florum profundae incisurae. Hinc floris genus constitutum et labiatum dictum.

Labrum extremitas petalorum, ut de Lilio scribit Plinius lib. XXI. resupinis per ambitum labris.

Circulus pars in orbem circumducta in floribus, ut in Narcisso. sd a Plinio calyx lib. XXI vocatur: genus (Narcissi) flore candido, calyce purpureo. — tertio generi eadem, calyce herbaceus. Ovidius florem ducit, dum de Narcisso in Metamorph. sic canit:

Nusquam corpus erat, croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

Cauda quorundam florum processus dicitur a figura, ut in Viola, Delphinio, Cardamindo, Orchide, Aquilegia, Linaria

Epipetalon appendix colorata innata petalo, qualis in Nerii, Granadillae, Lychnidis flore invenitur.

Antheron τὸ ἀνθηρὸν florida pars reliquo flori dissimilis, ut in Helleboro nigro, Veratro, Nymphaea, Nigella. V. Malp. T. I Tab. 26 fig. 159

Lacusculus appellatur a Malpighio concha humore refertus est, ut in Corona Imperiali, Lilio Persico, Ranunculo, Digitali, Flore sterili Cucurbitae Malp. Pag. 62

Velabrum operculum conchae, eodem auctore.

Discus pars summa et media conglobatorum florum, qui ex flosculis constat.

Corona ambitus circa discum a barbulis constituta.

Tubulus stamineus in flosculis conglobatis. Fit ex staminibus inter se adnexis, quibus intus apices sive croca adhaerent.

Vexillum unum idemque majus floris leguminis petalum.

Alae petala duo ejusdem floris ad latera posita.

Tropis dic quartum in legumine petalum imbricatum, quod carinam Tournefortius appellat, cum carina ex antiqua consuetudine ad bina navium lignea puramina significanda sit servanda. In tropide jacet embryo staminibus involutus. Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. I de imbricatis foliis habet.

πάντα δὲ (in Arundine, Cypero, Butomo) ἐστι παρ᾽ ἐκ δυοῖν συνθετα, καὶ τὸ μέσον οἷον τρόπις.)

Regula staminea est involucrum ad excipiendum fructum ex staminibus efformatum, quorum unum plerumque solutum regulae rimam obtegit, ne quid extrinsecus ad interiora protrudatur.

Lingua pars floris quae in linguam in flore prominitur.

Ligula et lingula parva lingua.

Crista et Cristula quod in cristae modum eminet.

Ampullagium/

Balaustium Flos sterilis in Punica. Columella lib. X

Caltae Narcissique comas, sterilisque balausti.

lib. XIII. Flos balaustium vocatur et medicinis idoneum, tingendis vestibus quarum color inde nomen accepit. Lib. XXIII. Primus pomi hujus partus florere incipientis cytinus vocatur Graecis —/

Plinius lib. ~~[illegible]~~. In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quod balaustium vocari diximus. Scriptores non animadvertentes ~~flores~~ calyces in Punica alios steriles gigni, alios fructum foventes, incerta et ambigua de Balaustio et Cytino prodidere. Qui re in errorem incidit ~~[illegible]~~ Dioscorides qui lib. I scripsit: Βαλαύστιον ἐστιν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς. Quem secutus Galenus haud absimilia lib. VI simpl. prodidit memoriae: Βαλαύστιον ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς. οἷον περὶ τῶν ἡμερῶν ὁ κύτινος. Tam silvestri quam sativae Punicae utrumque gignitur, sed silvestri utrumque minus. Utrumque etiam petala, stamina, apicesque fert.

Verum

Verum balaustium ad exortum contractum in centrum, ut cytinus, non exstuberat. Inter Latinos etiam Coelius Aurelianus halucinatur qui Acut. lib. iii hec tradit: aut decoctio mali Punici, vel eius caduci quod Graeci κύτινον ῥοιᾶς vocant nos ampullagium et lib. v. aut mali Punici foliis viridibus, vel eius caduco quod Latini ampullagium vocant.

Cytinus itaque flos cum fructu in Punica malo.

Clavus pars cui qua Granadilla tuba inhaeret.

Receptaculum (quod zona et circulus a Malpighio dicitur) pars nunc semini et fructui subiecta, vel circumposita, nunc superposita ut in umbellatis, ad quam petalorum apicumque succus traducitur, ut hinc ad semen ac fructum deferatur.

Clacare et tuba pars semini vel fructui plerumque imposita per quam aer ad semen vel fructum penetrat. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. i de Citreo: φασὶ δὲ καὶ τῆς μηλέας τῆς Μηδικῆς ὅσα μὲν ἔχει τοῦ ἄνθους, ὥσπερ ἠλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν ἐν μέσῳ, εἶναι γόνιμα· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, ταῦτ' ἄγονα.

Anelacatus, flos sterilis et infoecundus ἀνηλάκατος.

Pistillum seminis vel fructus embryo cum clacare.

Floccus et flocculus filamentorum fasciculus in clacare, ut in Acetosa, Pimpinella.

Helix ἕλιξ summa clacare in ramos diducta ut in floribus imperfectis visitur et in aliis etiam perfectis. Dioscorides lib. i de croco: ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχον ἐπὶ τῆς ἕλικος.

Calatho Clacare capitata quae fructus fert, ut in Tithymallo, Aro, Arisaro, Draconcio, Granadilla, Maracuia V. Malp. Tab. 47 fig. 270

Muscarium, umbella ramusculus flores et semina ad umbellae modum expandens. Plinius lib. xii. semine in muscariis dependente, ut ferula

Stomium στόμιον dicetur in unaquaque pars summa tubae hoc est osculum.

Coryne dicatur petiolus sive surculus muscarius, a quo summo per virgulas (quas radios appellamus) in umbellam vel corymbum flores, semina vel fructus prodeunt, ut in Sorbis, Corno, Hedera, Foeniculo, Anetho. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. iii. ἄνθος δὲ ἔχει βοτρυῶδες ἀπὸ μιᾶς κορύνης καὶ πολλιοῦ μίσχου καὶ λευκοῦ συγκείμενον. Et de fructu: καὶ ὁ καρπὸς ὅταν ... βοτρυώδης ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορύνης.

Radius est virgula quae multiplex a summa coryne excurrit in muscarium explicatur.

Corymbus est muscarium crassiorum tamen quam in umbellis seu excurrens diffundens. Plinius lib. xvi. Fructumque candidum ferentium alii densus acinus et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Sic in Mespilis nonnullis, Sorbo, Hedera, et in cymatis nempe Agerati, Millefolii, Conyzae.

Nymphaeum calyx flores, semina ac fructus complectens iam apertus, tanquam Nympha hoc est, silentis floris cellula. A nostris utriculus vocatur, in ancipiti voce versantes: quippe utriculus cum tenuissimum vasculum inter se catenae modo adnexum, et humore refertum significet, ad alia explicanda non est temere vocandus.

Crocerum tanquam locus croceis nempe apicibus frequens est calyx cum apicibus, staminibus, et petalis etiam, nullo inserto semine aut fructu.

Nucamenta sive crocerorum acervi. Hi cum dissimili modo in arboribus congerantur, multiplici appellatione apud Graecos referuntur. Nam βρύον, ἴουλον, κύτταρον, κάχρυν appellant. Sed cum βρύον dicunt, plura complectuntur; Muscus enim sic vocatur, et βρύον θαλάσσιον, et Lichen qui apud Theophrastum φάσκον cognominatur, apud Plinium Sphagnos sive Sphacos, apud Dioscoridem σπλάγχνον. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. iii scribit: ἣ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον ὁμοίως τοῖς βραχίοσι, ἡ ἀγιλωψ μόνη φέρει πολιὸν καὶ θάλλιον· καὶ γὰρ πηχυαῖον καταχρεμάννυται καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κορύνης. Quae Plinius lib. xii ita pene Latine vertit: Sphagnos infra eos situs in Cyrenaica provincia maxime probatur, alii Bryon vocant. — Sunt enim hoc nomine villi quales in quercu maxime videmus, sed odore praestantes. Et lib. XXIV. Sphagnos sive Sphacos sive Bryon et in Gallia, ut indicavimus, nascitur. De eodem Dioscorides lib. i haec memoriae tradidit: Βρύον ὑπό τινων δὲ σπλάγχνον καλεῖται, εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων, ἢ λευκίνων, ἢ δρυΐνων. Ad nucamenta autem haec apud Theophrastum lib. iii tradita referuntur: φέρει δὲ τὰ μὲν ἄλλα τοῦτα καρπὸν τὸν αὐτόν, καὶ τὰ κατὰ ἐνιαυτὸν ἐπιγινόμενα ταῦτα· φύλλον, ἄνθος, βλαστόν· τὰ δὲ βρύον, ἢ ἕλικα. Plinius de iulo albae Populi lib. xii. Eodem et Bryon pertinet circa Populi alba. Porro Theophrastus paulo ante quaerit

proprium bryon assignauit: οἱ ~~μὲν ἴδιον τούτων~~ μὲν γὰρ καὶ δρῦς ἀνθεῖν φάσκοντες, καὶ τὴν ἡρακλεωτικὴν καρύαν, καὶ Διὸς βάλανον· ἔτι δὲ πεύκην καὶ πίτυν· οἱ δὲ ἴδιον τούτων· ἀλλὰ τὸν ἴουλον τὸν ἐν ταῖς καρύαις, καὶ τὸ βρύον τὸ δρύϊνον, καὶ τὸν κύτταρον τὸν πιτύϊνον ὁμοίαν καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς προειρημένοις ἐπινεῦσι. Bryon itaque ad nucamenta Quercus, Castaneae, Ilicis, Suberis, (Carpino) significanda traducam: quoniam similitudine conueniunt; in omnibus raro ordine crocea in oblongum digeruntur.

A genere hoc paniculato modo nucamenta squamatim compacta dependent.

Porro Iulum non solum nucibus et Juglandi et Corylo cum Theophrasto et Plinio (in cuius lib. XVI haec seruantur: Ferunt et Auellanae iulos compactili callo ad nihil utiles) proprium constituam, uerum etiam Betulae, Salici, Ostryae, Populo, Alno attribuam, quandoquidem cunctis teretes, longos, crocceis aceruatimque densus producuntur.

Reliqua nucamenta siue in conum efformentur, siue in breuem lobam aut in globum producantur cyttarum, siue cyttarum, ut ex Theophrasto accepisse Hesychius uidetur, dicam (qua uoce in Pino usum Theophrastum uidemus) in Pino nempe, Abiete, Cupresso, Fago, Junipero, Tasco, Cedro, Platano, Larice, Moro, Sabina Plinius lib. XVI de Abiete, Larice, Picea haec: Ramis K

Sed de cachry quid referam? Hoc sane nomine pro Iulo, bryo, et cyttaro ut Theophrastum inuenio, qui lib. III περὶ φυτ. ἱσ. scriptum reliquit: ἴδιον δὲ ἐνίοις ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς καλουμένης κάχρυος· οἷον τοῖς τε προειρημένοις· ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη, καὶ πεύκη, καὶ δρῦς, καὶ ἔτι φιλύρα, καὶ καρύα, καὶ Διὸς βάλανος, καὶ πίτυς· αὗται δὲ γίνονται πρὶν μὲν πρὸ τῆς βλαστήσεως ὑποφαιρομένης τῆς ἐαρινῆς ὥρας. Propterea quod refert Plinius libro XVI: Ferunt Robora et cachryn (ita uocatur pilula in medicina urendi uim habens) gignitur et in Abiete, Larice Picea Tilia, Nuce, Platano, postquam folia cecidere, hieme durans. Hic tamen Libanotidis semen quod cachryos item uocatur, cum bryo, et Iulo cyttaroque miscet et confundit. Quoniam igitur Cachryos uocabulo inter herbas a Tournefortio genus habemus, ad euitandam ambiguitatem, inter arbores cachryn proscribebo.

Post arbores relinquuntur herbae, et minoris incrementi frutices, in quibus crocea si densa ac pilula concurrant, sine nomine non uidentur negligenda. Spica itaque sterilis in Typha, Cyperoide, Gramine, Stoide, equiseto bryodes erit, bryodes quoque pilula in Sparganio, Iuba bryodes in Mayzo; et eadem ratione in caeteris petito ex forma exemplo quo breuius scriptum historia tradatur.

Spica pars summa in frumento et Gramine, in qua flores et semina nascuntur. Varro R. R. I. Spicam autem quam rustici ut acceperunt antiquitus, uocant specam, a spe uidetur nominata: eam enim quod sperant fore, serunt. Quorum primum ex antiquis editionibus, et Politiani ac duobus aliis Florentinis codicibus accepimus, cau illud Virgilii

Urbem quam statuo, uestra est.

Idem Varro Sesqui. apud Nonium: si canis fit e catello, sic e tritico spica. Plinius lib. XVIII. Frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt. Eadem spicum dicitur. Varro apud Nonium: neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. M. Tullius lib. de Natur. deorum II.

Spicum illustre ferens insigni corpore Virgo.

Quin et spicus, ut apud Festum: Spicum masculine antiqui dicebant ut hunc stirpem, et hanc amnem. Verum est antiquum: quasi messim per missim unumquemque spicum collegit. Transfertur ad alia: Ita Croco canit Ouidius Fast. I.

et sonet accensis spica Cilissa focis.

Plinius lib. XII. Nardi cacumina in aristas se spargunt; ideo gemina dote Nardi spicas ac folia celebrant. In Allio similitiore nucleum spicam dicunt. Cato inter remedia refert: Ulpici spicas III. Alii spicas III. Columella lib. VIII. Quod si tamen pestis peruaserit, sunt qui spicas Allii tepido madefactas oleo faucibus inferant. Lib. X

Alliaque infractis spicis, et olentia Lace

Lib. XI de eodem ~~Ulpico~~ Ulpica. quod est Allium majus: Habet enim uelut Allium pluris cohaerentes spicas. Plura haec dere in Catone scripsimus.

Spica

49

Spica mutica sive mutilata est quae aristis caret. Impennata etiam ue-tustissima uoce quasi sine pennis dici potest, ut pennata quae aristas gerit; nam fruges primitias cum antiquitus Salii hiis libarent, spicas nouas et muticas et aristatas dabant, ut Paulus refert: pennatas impennatasque agnas in saliari carmine spicas significat cum aristis, et alias sine aristis: agnas nouas uolunt intelligi.

Gluma est calyx frugum graminumque a glubendo Varro R. R. I. granum dicitur quod est intimum solidum: gluma qui est folliculus eius: arista quae uti acus tenuis longe eminet e gluma, proinde uti grani theca sit gluma, et apex arista. Videtur uocabulum etymum habere a glubendo quod eo folliculo deglubatur granum. Festus: Gluma ordei tunica dicitur quod glubatur id granum. Palea quoque uocatur. Plinius lib. XVIII. Tenuior ordeo palea — fragili enim stipula, et tenuissima palea granum continetur.

Arista est acus qui a gluma ortus altius eminet. Varro R. R. I. Spica ea quae mutilata non est, in Ordeo et tritico tria habet continentia, granum, glumam, et aristam — spica mutica dicitur quae non habet aristam; ea enim quasi curta sunt spicarum. M. Tullius de Sen. Fundit frugem spica ordine structam, et contra auium minorum morsus munitur uallo aristarum. Plinius lib. XVIII. Arista mordacior ordeo. Virgilius Aeneid. VII. nec teneras cursu laesisset aristas.

Arista dicta quod arescit primum

Locusta nymphaeum cum aristis inflexis, ut in Auena auenaceoque Gramine. Plinius lib. XXII de Bromo sive Auena siluestri: folio et stipula Triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uelut locustas habet.

Tesserus nymphaeorum est uelut breuissimus surculus ex nymphaeis compositus alterno ordine axi affixus. Plinius lib. XVIII. Grana in stipula crinito textu spicantur.

Axis summus culmus, uel eius summus ramus, cui uel nymphaea, ac locusta uel tesserus nymphaeorum locustarumque affiguntur. Item in uelamentis ero- Pedicus est nobis axis proiectura ad excipiendum nymphaeum, uel nymphaeorum tesserum, aut uoceritum. Vrancus

cera sibi affixa gerens.

Aciculus acissimus surculus sive pars inter media tessetus, cui hinc et hinc nymphaea adhaerent.

Frit

Plagula tenuissima ac breuissima bractea tanquam cartae frustum, ut illa in Cerealibus stirpibus petala uulgo habita. Plinius lib. XIII. hac uoce utitur: Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulae, atque inter se iunguntur.

Acus ut particula angusta, acuminata longa breuis longquam arista, sed aliunde nata in spicis, paniculis, et circa semina, non a glumis

Anthela spica densa, conferta Sanguine et nymphaeis, cylindracea uel conica qualis frequens in Graminibus inuenitur, et in Typha, de qua Dioscorides lib. III. ἐπ' ἄκρῳ (τῷ καυλῷ) περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκτεταμένον, ὃ καλοῦσιν ἔνιοι ἀνθήλην.

Panicula spica longa ac laxa, ut in Panico, et quibusdam Graminibus; nam a panicula Panicum, et hoc a pano quod est carptae lanae globus.

Phoba nobis dicitur iuba effusa et coma, qualem in Milio, Arundine, Auena, Sorgo, Oryza, et Graminibus multis cernere est. Vox a Graecis accepta de qua Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. IV de Oryza agens: ἀπολεῖται δὲ οὐκ εἰς στάχυν, ἀλλ' οἷον φόβην, ὥσπερ ὁ κέγχρος. Idem lib. VII. ὅτι τὰ μὲν ἔχει στάχυν· τὰ δὲ οἷον φόβην, τὰ δὲ κεγχρώδη φόβην· ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις φό-χεδροπὰ λοβόν· βη. Plinius de Sorgo lib. XVIII. Milium intra hos decem annos ex India in Italia inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundinaceum culmo. Adolescit ad peda

altitudine VII praegrandibus culmis, Phobas vocant. In quibus praegrandibus culmis Phoba significatur, quoniam pars culmi summa. Ita de spica cecinit Vares:
ut mala culmos
esset rubigo.
Quippe rubigo spicas, hisque contenta grana corrumpit.

Conus a figura nympharum, seminum, florumque congeries, ac nucum, ut in Mayno Acero, Pino, Abiete, Larice, Cupresso, Betula, Alno. Dioscorides libr. I. Πιτυΐδας δὲ καλοῦνται ὁ καρποὶ τῶν πιτύων, καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Theophrastus libr. περὶ φυτ. ἱστ. III. ἔτι δὲ καὶ τὸν κῶνον ἐλάττω καὶ ἧττον ὀπωρυτή. Columella libr. VI. Remedia sunt Cupressini XV coni. Hinc Cupressus et Pinus conifera et conigera appellata. Virgilius Aeneid. III.
Aeriae Quercus, aut conifera Cyparissi.
Catullus de nupt. Pel. et Thet. Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum.

Thyrsus interna pars coni, quae crassa valde in Mayno; ideo nostri a recentissima loquendi et scribendi ratione thyrsus torso dicunt.

Alueus et Alueolus loculus in thyrso et thalamo, in quem semina excipiuntur.

Strobilus Pini conus. Ulpianus Digest. libr. Tit. Ligni. De Pinu etiam integri strobili ligni appellatione continebuntur. Theophrastus περὶ φυτ. ἱστ. III de Pino haec: καὶ τῶν στροβίλων ὁ μὲν τῆς παραλίας στρογγύλος τε καὶ διακεχηνὼς ταχέως· ὁ δὲ τῆς ἰδαίας μακρότερος, καὶ χλωρὸς, καὶ ἧττον χάσκων, ὡς ἂν ἀγριώτερος. Dioscorides libr. I. ὅλοι δὲ οἱ στρόβιλοι ἀπὸ δένδρων πρόσφατοι θλασθέντες ἐν γλυκεῖ.

Zamia est strobilus quae immatura et virida in arbore dehiscit. Plinius libr. XVI. Quae (nuces) se in arbore ipsa diuisere, Zamiae vocantur, laeduntque caeteras, nisi detrahantur. Aiunt quidam ab ἀζαίνω exsicco vocari, quibus Azamia probabantur.

Galbulus cupressinus Conus. Varro R. R. I. Quaedam enim ad cernendum pusillorum usque adeo parua, ut sint obscura, ut Cupressi; non enim galbuli qui nascuntur, id est tanquam pilae paruae corticiae id semen, sed iis intus.

Cedris dicitur Cedri conus. Plinius libr. XXIV. Cedrides hoc est fructus Cedri, tussim sanant. Dioscorides libr. I. κεδρίδες δὲ καλοῦνται, οἱ ἐξ αὐτῆς (κέδρου) καρποί.

Squama quae coni et alii fructus semina obtegentes loricantur: item quae gemmae obteguntur.

Cyttarium crassior squama hinc gibba, hinc caua quae nux in Pino excipitur. Dioscorides de Acantho libr. III agens, folida squamata quae in caule ova fructum in se recipiunt, cyttaria vocat: ἐπὶ διαστημάτων πρὸς τῇ κορυφῇ περιειλημμένον φυλλαρίοις τισὶν οἷονεὶ κυτταρίοις, ὑποπεπτωκόσιν ἐπιμηκέσιν, ἐξ ὧν τὸ ἄνθος ποιεῖται χρυσοῦν. Plinius libr. XXII id significat: elato longoque folio cuspidines marginum, absurgentiumque pulvinorum torosus aestiens.

Vagina et vaginula, scilicet summum folium in frumentis, Graminibus, et umbellatis quae tanquam calyce ante explicationem spicae, panicula, Phoba, Anthele, muscarium tegitur, et contra aeris iniurias munitur. Varro R. R. I. quae sublatent herba, ea vocatur vagina, ut quae latet conditum gladium. — quod frumentum dicant XX diebus esse in vaginis. M. Tullius de Sen. Quae nidea fibris stirpium sensim adolescit, calamoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur, e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam. Plinius libr. XVIII. Ita enim est in commentariis pontificum: augurio canario agendo dies constituantur priusquam frumenta vaginis exeant, et antequam in vaginas perveniant. Apud Senecam Epist. LXXV id folliculus appellatur: Est aliquid boni miticis: hoc nondum est in herba latente, nec cum folliculo se exerit spica mollis, sed cum frumentum aestas, et debita maturitas coxit. Folliculus etiam in umbellatis apud Columellam libr. XII hoc involucrum dicitur, de Oleve enim atro tradituri est: Olus atrum cum suo cole antequam de folliculo exeat — Olus atrum et ferulam et foeniculum cum legens, sub tecto exponito, dum flaccescat: deinde folia et corticem omnem folliculorum detrahito. Virgilius denique stipulam appellare maluit hoc Georg. I carmine:

Spicea iam campis cum messis inhorruit, et cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

ooo Vocum tamen vaginula ita de glumis dicitur ut est apud Plinium a quo libr. XXV habemus: Fabam vaginulis suis servant ad satus.

ooo
Fimbria, crinis, capillus, capillamentum tenuis gracilisque ramusculus, per quem grana aut flores

51

ciol flores pendent, ut in Milio, Sorgo, Oryza, Auena, Iunco et aliis. Plinius lib. XVIII. Milii coma granis complexa fimbriato capillo curvatur.

Ageratum fe[rulacea est]... Cyema uti κύημα fauum habenda conglobatorū florū ac seminū congeries. [Ferulacea est] Deco- nā caput et capitulum nec non brevibus uirentibus herbarū, ad pura significanda nimis dilatantur. Ic[u]l Bettl in Ageratao a Plinio lib. XXVII uocatur. [...] hirudine, Oryza[e] Thalamus cyemaris parsima, cui semina, pappi, et squamae affiguntur. [...]no similis flore Ascalia et Scalia thalamus in Cinara. Plinius lib. XXI de Cinara: Semen ei [...] Gellius auctor. sanguinis quem pappū uocant. quo detracto ex cortice, renenitas similis Acanos caput in Car- cerebro Palma est: uocant Ascaliam. Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. VI. τὸ duis, Acanthis, Cyanis δὲ περισπέρμιον ἐν τῷ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ἀκανθώδης, nonnullis aculeis cinctū Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. σφαιρωθέντων δὲ τῶν ... ἐπεσπερματίων, ἐδώδιμον δὲ VI. de Ssine: ἀπὸ δὲ τῆς τοῦτο δὲ ἐμφερὲς τῷ τῷ Φοίνικος ἐγκεφάλῳ· καλοῦσι δὲ αὐτὸν ... σκαλίαν.

(... ἄκανος ἐπιπέφυκεν ... ἰσχύσει μὲν ... χρώμενον ἐπὶ τῶν φύλλων.)

Pineum cyemarū capitulum strobuli figura, ut in Centaurio Maiori, Cinara, Cirsio, Cyano, Cyanoide, Iacea. Utitur hac uoce Columella lib. X de Cinara canendo:

nunc pinea ceruice pungit.

Sed antiquiora nostro etiam codice confirmat: nunc pinea ceruice pingitur, sa Nempe refert strobulum, quem uulgo pigna uocamus.

Acanicum ακανικόν Carduus philyra in aculeos de[...] cingitur, a seb[...]

sive Acanus
o caput

50

SS. quae do causa non laudandi
accuratissimi Latini qui iouis glan-
des ad nuces transtulerunt
cū iouis glans siue iuglans ha-
beng castanea quae recera
glandibus adnumerantur.

Plinius lib. XII. continentur (glandes) hispido calyce per genera plus minus cutem complectente. — Glans horrida echinato calyce seu castanea. Idem libro XV: Nuces uocamus et castaneas quamquam accommodatiores glandium generi. Διὸς βάλανος a Graecis castanea dicitur, de qua Ouidius Metam. I canit:

et quae deciderant patula iouis arbore glandes.

Praeterea et sardianas balanos castaneas etiam uocat, ut memorat Plinius lib. XV quoniam Sardibus ea prouenere primum. SS ideo apud Graecos Sardianos balanos appellant. Caeterum balanus et iuglande usi sunt Latini, ut Plinius lib. XVII de Asculo: in quacumque terra sentur nascitur e balano. — probatur ea glans longitudine ... Taniclesut ... cuius in balano utrinque ... unguentaria, et Myrobalanistia. Propie balanus est glans quae ... Horatius lib. III od. XXIX nec Persi consueuit

Pressa tuis balanus capillis.

Martialis l. XIV ep. 57:

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat, et ex balano

Aegilus glans synonyma Ilicis et etiā Quercus, ut docet Theophrastus περὶ Φυτ. ἱσ. III. δὲ γλυκύτερον μὲν (καρπὸν) τῆς πρίνου, πικρότερον δὲ τῆς δρυός. καλοῦσι δὲ τινες τὸν μὲν τῆς πρίνου δὲ τὸν ταύτης καρπὸν, ἄκυλον· τὸν δὲ τῆς δρυὸς βάλανον. Alii ad Ilicem tantū reuocant. Hesychius: ἄκυλον ὁ τῆς πρίνου καρπός. Theocritus Idyl. V.

οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἀκύλοις ὀρυχαλίδες, αἳ μὲν ἔχοντι
λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἳ δὲ μελίζδει.

Galenus de cibis: τὰς δὲ τῶν πρίνων βαλάνους ἃς ἀκύλους ὀνομάζουσιν ἕλληνες.
Plinius lib. XVI. Ilicis glans utrinsque breuior et gracilior quam Homerus acylon appellat, eoque nomine a glande distinguit.

Castanea etiā inter glandes nomen suū seruat. Varro R.R. I intra maceriam iacere oportet glandem, et castaneas, unde saturi fiant. Ouidius Metamorph. XIII.

Nec tibi castaneae, me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei foetus.

Virgilius Bucc. Castaneasque molles, et pressi copia lactis.

altitudine VII praegrandibus culmis, Phobas vocant. In quibus praegrandibus culmis Phoba significatur, quoniam pars culmi summa. Ita de spica cecinit Vates:
ut mala culmos
esset rubigo.
Quisque rubigo spicas, hisque contenta grana corrumpit.

Conus a figura pyramidali, seminum, florumque congeries, ac nucum, ut in Magno Acero, Pino, Abiete, Larice, Cupresso, Betula, Alno. Dioscorides lib. I. Πιτυίδας δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων, καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Theophrastus lib. περὶ φυτ. ἱσ. III. ἔτι δὲ καὶ τοῦ κώνου ἐλάττων καὶ ἧττον ὀρθοφυής. Columella lib. VI. Remedia sunt Cupressini XV coni. Hinc Cupressus et Pinus conifera et conigera appellata. Virgilius Aeneid. III.

Aeriae Quercus, aut conifera Cyparissi.

Catullus de nupt. Pel. et Thet. Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum.

Thyrsus interna pars coni, quae crassa valde in Magno; ideo nimirum a corruptissima loquendi et scribendi ratione thursus torso dicunt.

Alveus et Alveolus loculus in thyrso et thalamo, in quem semina excipiuntur.

Strobilus Pini conus. Ulpianus Digest. lib. Tit. de Ligni. De Pinu etiam integri strobili ligni appellatione continebuntur. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. III de Pino haec: καὶ τῶν στροβίλων ὁ μὲν τῆς παραλίας στρογγύλος τε καὶ ... ὁ δὲ τῆς ἰδαίας μακρότερος, καὶ χλωρὸς, καὶ ἧττον ... Dioscorides lib. I. ὅλοι δὲ οἱ στρόβιλοι ἀπὸ ... ... Plinius

coc Laur... ires de ... ... lib. XXV. vaginulis satus.

3.8

uel flores producens, ut in Milio, Sorgo, Oryza, Auena, Junco et aliis. Plinius lib. XVIII. Milii coma granis complexa fimbriato capillo curuatur.

Cyma nis κῦμα formam habens conglobatorum florum ac seminum congeries nam caput et capitulum quibus utuntur Herbarii, ad plura significanda nimis dilatantur. Sel Bulla in Agerato a Plinio lib. XXVII uocatur.

Thalamus cymatis pars ima, cui semina, pappi, et squamae affiguntur.

Ascalia et Scalia thalamus in Cinara. Plinius lib. XXI de Cinara: Semen ei lanuginis quam pappum uocant: quo detracto ex cortice, tenentes similis cerebro Palmae est: uocant Ascaliam. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. VI. τὸ δὲ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ἀκανθῶδες, ἀφαιρεθέντων δὲ τῶν παπποειδῶν σπερματίων, ἐδώδιμον δὲ· τοῦτο δὲ ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ· καλοῦσι δὲ αὐτὸν σκαλίαν.

Pineum cymatis capitulum strobili figura, ut in Centaurio Maiori, Cinara, Cirsio, Cyano, Cyanoide, Jacea. Vtitur hac uoce Columella lib. X de Cinara canendo:

nunc pinea ceruice pungit.

Sed antiquiora nostro etiam codice confirmant: nunc pinea ceruice pingit. Nempe refert strobulum, quem uulgo pigna uocamus.

Acanicum ἀκανικὸν, Echinus philyra in aculeos desinens in Carduis, Cyanis nonnullis, quo caput sive Acanus cingitur, a ~~similitudine Echinorum, qui, acutis Dorsis, terrae et Terrae alienarum aculeis connectitur~~.

Philyra est subtilis uel ridicula herbacea uel cartilaginea qua et pineum et alia cymatum capitula uallantur.

Corica et Loricatio dicenda forma qua ex philyris contexitur.

Bractea colorata lamella in Carlina, et Xeranthemo aliisque.

Lamella et lamellula bractea angusta inter semina Buphthalmi, Cotulae, Asteroidis de thalamo eminens.

Pappus uillus in thalamo, et in summo etiam semine, qualis in Carduo, Cinara, Cirsio, Jacea, Cyano. Lucretius lib. III

nec supra caput eiusdem cecidisse uietam
uestem, nec plumas auium, papposque uolantis.

Plinius lib. XXV de Senecione: Nomen hoc Graeci dedere, quia uere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinae) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum (sicce ut in antiquis) pappoden.

Peniculus et penicillum semen cum pappis uel lamellulis, ut in Jacea, Carduo, Astere, Tagete, Jacobaea, Senecione.

Oecisceus ex Graeco οἰκίσκος uelut cellula et nidus, in quo quatuor semina iacent, et de quo medio elacata sicca tuba emergit, circumposito in ambitu flore, et circa florem calyx: ut in labiatis floribus, in Echio, Buglosso, Cynoglosso, Pulmonaria, Symphyto, Lithospermo, Boragine, Omphalode, Cerinthe, Heliotropio.

Calyx est quod flori, fructui, uel semini extrinsecus apponitur, omnia ante explicationem obtegens, atque fouens, ut in Mandragora, Nicotiana, Hyoscyamo, Echio, Hormino, Chamaedry.

Calyx petaloides qui colore petalum imitatur, qualis Hellebori, Atri, Ranunculi, Junci, Anisi, Primulaceis.

Vesica calyx amplus tenui membrana efformatus, ut in Alkakengi, Vesicaria. Plinius lib. XXI de Solano Halicacabo quod est nostra aetate Alkekengi: quoniam alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, Halicacabon uocant, alii Callion. Nostri autem uesicariam, quoniam uesicae, et calculis prodest. Potius uesicariam a calyce appellatam crediderim; quia plurimae stirpes contra uesicae incommoda laudantur, quae nihilominus uesicariae non dicuntur. Propterea hanc herbam Dioscorides libro IV ait uocari φυσαλίδα; quod καρπὸν ἔχει ἐν θυλακίοις περιπεφυσημένοις ὅμοιον φύσαις.

Caryophyllaeus calyx integer non deciduus cui petala, stamina, et apices iunguntur. Caryophyllaeum habet Cerasus, Persica, Prunus, Quinquefolium, Rubus, Fragaria, Caryophyllata, Filipendula, Tormentilla, Pentaphylloides, Comaroides.

Pericarpium dicemus calycem qui crassius euadit, et instar fructus semina fouet, ut in Rosa, Fico, Ephedra, Tasco, Jalapa, Agrimonia, Agrimonioide.

Alabastrum summa pars calycum, et etiam philyrarum non aculeatarum, praecipue in Quinquefolio, ac Rosa, de quo Plinius lib. XXI. Germinat omnis (Rosa) primo

Ageratum ferulacea est decorum palmarum altitudine, Origano similis flore. Bullis aureis.

Acanus caput in Carduis, Acanthis, Cyanis nonnullis aculeis cinctum. Theophrastus περὶ φυτ. ἱσ. VI. de Spina: ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματοφόρος ἀκανός ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον ἢ ῥαχίς ἐπισκεχρωσμένον ἐπὶ τῶν φύλλων.)

inclusa granoso cortice. Quo mox intumescente, et in uncias a basi fastigiato, paulatim rubescens dehiscit.

Spatha calyx in Palma, e quo id quod Spadix dicitur, emergit. Plinius lib. XVI. Palma sola, ut dictum est, in spathis habet fructum racemis propendentem. Dioscorides lib. I. Φοῖνιξ τὸ ἄνθος ἐλάτη ἢ σπάθη καλεῖται· περικάλυμμά ἐστι τῷ καρπῷ τῶν φοινίκων ἀκμαζόντων ἀνθοφόρων.

Spathula a spatha forma dicitur calyx parvus qui item bifariam dehiscit, ut in Avena. Vid. Malp. Fig. 126

Omphacis, dicta **Cupella** (cupula) et cupellum dicatur calyx glandium Quercus, Ilicisque. Ὀμφακίς.

Echinus, Ericius calyx Castanearum echinatus. Plinius lib. XV armatis iis echinato calyce vallum. Servius ad illa Virgilii: Castaneae hirsutae addit: ut haec intra suos echinos lateant.

41) **Collum** pars florem et fructum sustinens ceu pediculus. Plinius lib. XXI de Lilio: nec ulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri. Virgilius lib. Aeneid. IX

lassove papavera collo
Demisere caput.

Petronius Arbiter.

Illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto vultum sermone movetur
quam lentae salices, lassove papavera collo.

41) Auricula par- / va dicta, sudiculum / ab usu tanquam fulcrum / dicenda calycis divisi / partes, quibus flores ful- / ciuntur ut in Leucoio, / Hesperide, Hyperico, / Androsaemo.

Sertum, corona, corolla, strophium (a στρέφω vertere, quod antiqui, ut memorat Festus, struppus erat, et quo in coenaculum usu struppa pro vimine descendit; quia eam vertendo quid nectimus) strophiolum florum implicatio, et nexus.

Coronamenta quae ad coronarum nexus pertinent. Cato Coronamenta omne genus. Plinius lib. XXI. Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere — in hortis et coronamenta jussit Cato.

Florum duo discrimina summa; quod alius perfectus dicitur, imperfectus alius. Perfectus qui petalis constat: imperfectus qui petalis privatur. Perfectus bifariam sejungitur; est enim qui unico fit petalo: est qui pluribus componitur. Primum monopetalum appellant, polypetalum alterum.

Monopetali duas novimus differentias, propter quas flos isometer et anisometer a nobis appellatur.

Isometer habetur qui summo margine aequaliter finitur, ut flos Convolvuli, ~~[struck]~~, Mandragorae, Lilii convallium, Polygonati, Primulae veris, Auriculae ursi, Jasmini, Arbuti, Menyanthis, Stramonii.

Anisometer qui inaequali margine desinit, ceu in Digitali, Nicotiana, Gladiolo, Hyoscyamo, Cannacoro, Galea.

Utriusque autem discriminis genera constituere, vocabulis complecti, certis finibus definire, ac per classes digerere non nostri esse viderunt, qui naturam opera sine lege vagari et fassi sunt, et fatentur. Quod cuique diligentius perpendenti perspicuum et manifestum continget. Siquis enim ex. gr. ex Campanae forma inter isometros flores investigaverit, atque ex eadem denominationes constituerit, quorum partem qui nomen suum recantant probando excerpserit, ut ipsa Campanula quae communem appellationem sibi propriam asciuit in nonnullis deficiat ab instituto recedens. Flores item qui ab Infundibulo, et hypocrateriformi denominantur non omnes seponet; quippe multi nunc labra attollendo et deprimendoque, nunc profunde secando, alii angusto tubo et longo, quidam lato et brevi, nonnulli toti in tubum efformati ita inter se dissentiunt, et discriminantur, ut infundibulum aut hypocrateriforme quaerenti alia atque alia species obiiciantur. Neque alia rotatorum florum ratio existimanda qui a Borragine et [illegible] incipientes, connectentibus in reliquis laciniis, tuboque elongato, longe et late in diversa occurrunt. Itaque isometros et monopetalos flores ad certas imagines et figuras revocare instituti nostri non erit, cum animadvertamus omnia varietate summa misceri et confundi. Propterea alia regula insistam; quandoquidem tanta rerum moles sine aliquo adminiculo sustineri non potest, et quadam viam Minerva ducitur (nequis perfectionem aliquam a me proponi existimet) isometros flores in partes distribuam, et primum eos complectar qui vel late expansi

vel nullo

nullo tubo, vel quod brevissimo donantur. Huiusmodi sunt: Borrago, Omphalodes, Gallium, Rubia, Aparine, Cruciata, Asperugo, Lysimachia, Anagallis, Samolus, Chrysosplenium, Veronica, Viburnum, Opulus, Tinus, Sambucus, Ebulus, Styrax, Aquifolium, Solanum, Alkekengi, Melongena, Lycopersicum, Moscatellina, Malva, Alcea, Althaea, Abutilon, Ketmia, Gossipium, Phalsinda, Ocys, Convolvulus, Speculum Veneris, ~~Androsace~~ Soldanella, Periploca, Momordica, Opuntia

Altera eas stirpes seposita serviabo, quarum flore isometris, et lato ostiansi longo tubo et angusto praediti sunt ceu. Stramonium, Pervinca, Auricula ursi, Primula veris, Centaurium minus, Plantago, Coronopus, Psyllium, Jalapa, Rubeola, Buglossum, Pulmonaria, Lithospermum, Heliotropium, Plumbago, Lilio-asphodelus, Colchicum, Crocus, Narcissus, Thymelaea, Ligustrum, Jasminum, Lilac, Nerion, Cuscuta, Ananas, Ruellia, Androsace, Olea, Spermacoce, Quamoclit, Cereus

Tertia continentur stirpes, quarum flores in tubum tori forme decurrunt ut Polygonatum, Cotyledon, Gentiana, Hyacinthus, Symphytum, Cerinthe, Elaeagnus

Cuscuta

Quarta concludat illas in quibus flores tubo carentes centro tumere videntur: Lilium convallium, Tithymallus, Arbutus, Bryonia, Tamnus, Sycioides, Momordica, Cucumis, Elaterium, Pepo, Melo, Melopepo, Anguria, Cucurbita, Colocynthis, Anguina, Luffa, Asphodelus, Muscari, Alaternus, Menyanthes, Phyllirea, Anacardi, Guaiacana, Vitis Idaea, Erica, Acacia, Mimosa, Cassia, Hypocistis, Mandragora, Laurus Alexandrina, Belladonna, ~~[illegible]~~, Rhamnus, Frangula, Ficoides, Chamaerhododendros alpina, serpyllifolia

Ad anisometros flores transeuntem faciens stirpes primas occupiam, quae caule tetragono, et flore labiato praeditae quatuor semina in singulis loculis ferunt: ut Chamaedrys, Polium, Teucrium, Bugula, Chamaepitys, Horminum, Sclarea, Leonurus, Salvia, Cardiaca, Lamium, Galeopsis, Brunella, Phlomis, Dictamnus, Pseudodictamnus, Stachys, Ballote, Marrubiastrum, Mentha, Molucca, Moldavica, Rosmarinus, Thymus, Serpyllum, Clinopodium, Acinus, Lavandula, Sideritis, Marrubium, Melissa, Lycopus, Betonica, Calamintha, Origanum, Majorana, Hyssopus, Verbenaca, Cataria

anomali (vulgò dicti)

Deinde eas constituunt quarum flores, in tubulum coarctantur, ut Triphylloides, Echium, Valeriana, Valerianella, Rapuntium, Chamaecerasus, Caprifolium, Vitex, Galea, ~~[illegible]~~, Gladiolus, Cannacorus, Polemonium, Veronicoides, Camera, Chamaerhododendron, Hyoscyamus, Trachelium, Pedicularis, Melampyrum, Euphrasia, Polygala, Iris, Xiphium, Hermodactylus, Amblatum, Ascharia, Periclimenum ~~[illegible]~~ Lilio-narcissus

His proximae erunt, quarum flores et tubo et centro ferunt, ut Nicotiana, Aristolochia, Bignonia, Digitalis, Acharoda, et totus tubus Jasminoides

Tertio loco commemoranda accedunt, quae sine tubo, sed lato centro flores ostendunt, ceu Apocynum, Cyclamen, Scrophularia, Pinguicula, Antirrhinum, Linaria, Orobanche

Ultima nota erunt quarum flores et tubo et centro carent, talis inveniunt Verbascum, et Blattaria

Inter monopetalos flores conglobatos profecto recensere oportet, quos vulgo compositos vocant, cum simplices sint, et singuli florum naturam servent, quippe et unico folio constant, et staminibus suis apicibusque donantur, (si semiflosculos qui staminibus et apicibus privantur, excipiamus) praeterea si foecundi, tuba, ac semine. Itaque iure ac merito singuli flores existimandi, et monopetalis adiiciendi, a quibus praeterea separantur, et seorsum traduntur, quoniam plurimi in unum congregantur, singuli singulis seminibus insidentes, et communi loricatione vallati. Horum igitur pars qui nempe tubula et semiflosculi, et singulares nuncupantur ad anisometros spectant, reliqui, scilicet flosculi ad isometros

Itaque stirpes primae ad censum revocandae quae isometros flosculos in unum colli-

gunt, ut Cinara, Carduus, Jacea, Cirsiu, Lappa, Carlina, Cnicus, Acarna, Carthamus, Senecio, Conyza, Elichrysū, Eupatoriū, Filago, Petasites, Gnaphaliū, Santolina, Bidens, Acanthium, Conyzoides, Tanacetū, Seriphiū

Secunda quasi classis habenda anisomeris conglobati, quorū stirpes Serratula, Hieraciū, Chondrilla, Sonchus, Lactuca, Scorzonera, Tragopogon, Zacyntha, Hiosyris, Lampsana, Rhagadiolus, Scolymus

Magnā deinde cognationem cū retineant quæ radiati dicuntur, et habentur, quod horū stirpes anisomeris flosculis coronantur, isomeris in disco stipantes, ordine hæc genera distribuenda sunt, videlicet Asterisphoelis, Absinthiū, Cyanoides, Bellis, Leucanthemū, Chrysanthemū, Chamæmelū, Matricaria, Abrotanū, Artemisia, Cyanus, Centaurium majus, Aster, Jacobæa, Virgaaurea, Doronicū, Tussilago, Buphthalmū, Cotula, Millefoliū, Ptarmica, Asteriscus, Asteroides, Tagetes, Forticina, Corona solis, Calendula, Chrysanthemoides.

Post monopetalos flores eorū forma et partes perpendenda, atque diligentius consideranda sunt, qui plura petala ex quo polypetali dicuntur, explicant, atque in ambitu diffundunt. Hi quoque vel ex similis aut dissimili ordine, vel ex petalorū similitudine vel inæqualitate a nobis primū in isopetalos, atque anisopetalos distinguuntur. Isopetali sunt qui ex petalis similibus, et æqualiter circum dispositis ordinantur, ut in Rosa, Lilio, Leucoio, Cisto, Hyperico, Poeonia.

Anisopetali dissimili modo fiunt, ex petalis nempe dissimilibus, inæqualibus et non æque ambitu circumactis, ut sunt flores Aconiti, Aquilegiæ, Phaseoli, Ciceris, Hippocastani, Orchidis, Resedæ

Isopetalorū primæ stirpes celebrantur quarū petala iv ad angulū circa unguem inclinantur; hæ constituuntur: Isatis, Myagrū, Rapistrum, Ionthlaspi, Nasturtiū, Thlaspi, Thlaspidium, Nasturtioides, Alysson, Coclearia, Lepidium, Alyssoides, Lunaria, Turritis, Cardamine, Leucoiū, Hesperis, Bursa pastoris, Eruca, Sinapi, Sisymbrium, Erisymū, Rhaphanus, Rhapharistrū, Napus, rapus, Brassica, Kakile, Erucago

Sequuntur quæ petala non in flosculo circū æqualiter disposita, et ad finitorem quoque inclinata producunt, ut Anemone, Pulsatilla, Clematis, Flammula, Tulipa, Liliū, Fritillaria, Corona imperialis, Lilionarcissū, lilio-hyacinthus, Narcisso-leucoiū, Nigella, Garidella, Populago, Nymphæa, Ornithogalū, Phalangiū, Jucca

Onagra, Chamænerion, Ranunculus, Papaver, Argemone, Chelidoniū majus, Ruta, Glauciū, Chamælea, Thalictrum, Corynus, Epimedia

Toxicodendron, Staphylodendron, Parnasia, Kali, Ros solis, Azadarach, Coronilaria, Epimedium, Limoniū, Aurantiū, Citrium, Salicaria, Tunicas, Tribulus, Tribuloides, Aurula, Hedera, Celtis, Tilia, Alsine, Myosotis, Telephiū, Smilax lenis, saxifraga, Hypericū, Androsæmū, Cistus, Coriaria, Chamærhododendron alpinū glabrum, Hedysaris, Evonymus, Paliurus, Syringa, Ruscus, Phytolacca, Bermundiana, Berberis, Alliū, Cepa, Porrū, Portulaca, Belzoinū, Acacia, Christophoriana, Veratrū, Helleborus, Geraniū

Ab his subtrahuntur quæ calycem integrū, ora expansū, cristarina, et petala affixa sunt, quæ caryophyllaceos distinctos gignunt, ut Quinquefoliū, Fragaria, Pentaphylloides, Comaroides, Filipendula, Ulmaria, Tormentilla, Caryophyllata, Rubus, sedum, Anacampseros, Granadilla, Geū, Saxifraga, Salicaria, Paliurus, Cerasus, Prunus, Armeniaca, Amygdalus, Cistus, Alchimilla, Lauro-cerasus, Poeonia, Spiræa, Helleborus, Veratrū, Telephiū, Androsæmū, Helianthemū.

Cognata sunt quæ calycē quoque integrū, stamina et petala sibi affixa ferentes, edunt, sed crassū et instar fructus. Hic si elevatū ad inferiora descendens cū seminibus committitur, pericarpiū vocatur. Hujus stirpes sunt: Rosa, Agrimonia, Agrimonioides

Idem si per seminū maturitatē apertus non permanet, sed ore clausus carnosus, succoque refertus evadit, acris conceptaculū. Tale ferunt Myrtus, Sorbus, Mespilus, Cratægus, Grossularia, Pirus, Malus, Cydonia, Punica, Cornus

aperiuntur in eodem petiolo. Est autem oblongum non ut oliviæ odoricorum.

Ultima isopetali floris differentia calyce integro, oblongo, et magno fert, a quo ea petala quæ stamina separata proveniunt, ut in Caryophyllo, Lychnide, Alsinastro, Cucubalo, Limonio, Hermannia.

20* Peracta isopetali floris historia, anisometrum accedit cura, cuius cum inæqualitas, et dissimilitudo sit multiplex, ad duo summa genera discrimina omnia revocare conabor. Itaque primum erit, cum calyx integer, et tubulatus quatuor petala excipit inæqualia ac dissimilia, eademque ita disposita qualia in leguminibus ordinanda, ac quo flos Leguminis nuncupatur. Huius generis stirpes multæ, ut Barba Jovis, Lens, Vulneraria, Hormenium, Cicer, Onobrychis, Glycyrrhiza, Tragacantha, Aphaca, Vicia, Pisum, Lathyrus, Cicercula, Climenum, Ochrus, Nissolia, Phaseolus, Lotus, Melilotus, Medica, Medicago, Cytisus, Trifolium, Anonis, Anagyris, Phoenum græcum, Ervum, Orobus, Galega, Pseudoacacia, Siliquastrum, Colutea, Genista, Genista-spartium, Genistella, Spartium, Erinacea, Lupinus, Faba, Coronilla, Hedysarum, Emerus, Ferrum equinum, Scorpioides, Ornithopodium, Securidica, Polecinus, Hedysarum, Astragaloides, Astragalus.

Alterius generis anisometri flores quos anomalos polypetalos vocant sunt, quibus ornantur stirpes, nimirum: Viola, Balsamina, Fumaria, Capnoides, Cysticapnos, Cardamindum, Aconitum, Aquilegia, Delphinium, Melianthus, Reseda, Luteola, Epimedium, Orchis, Ophrys, Helleborine, Calceolus, Nidus avis.

Ad has revocandæ videntur quarum petala inter se non valde dissimilia, sed inæqualia dissimili modo ordinata ferunt, ut Hippocastanum, Capparis, Pyrola, Senna, Cassia, Gentianis, Telephiastrum, Lorantum, Coronoides, Fraxinella, Chamænerium, Thlaspeos species anthemum, Corallodes, Hypecoon, Sinapistrum, Epimedium, Circæa, escorum, Thlaspidium Bocc.

24* Post isometros flores proximam sedem umbellaris esse attribuendam censemus, qui vulgo propter cognationem neque a rosaceis distinguuntur, quamvis inter isometros, anisometrosque flores cum in multis umbellarum ambitus inæqualia petala diffundat, medii potiore iure videantur. Itaque sic agam, ut umbellares isometris adnectam, eosdemque ad anisometros usque producam, primos recensens quibus semina dicas parvis, et angustis vel si longis, angustis item innascuntur. Deinde subnectam qui semina quoque semina aut lata et compressa: aut crassa producunt.

Prima differentia sunt stirpes: Daucus, Sanicula, Apium, Ammi, Ammoides, Sium, Sisarum, Tragoselinum, Cicuta, Phelandrium.

Oenanthe, Angelica, Fœniculum, Bupleurum, Bupleuroides, Chærophyllum, Meum, Carui, Scandix, Astrantia, Eryngium.

Secunda: Imperatoria, Anethum, Cerefolia, Sondylium, Sphondylium, Peucedanum, Chrithmum, Pastinaca, Oreoselinum, Thapsia, Hydrocotyle, Ferula

Myrrhis, Smyrnium, Caucalis, Ligusticum, Laserpitium, Cachrys, Coriandrum

Perfectis expositis floribus, de imperfectis sive apetalis agens ante omnia eas stirpes constituam, in quibus seorsum a fructu sive in eadem stirpe, sive in cognata, et sterili oriuntur nucamenta appellata gignuntur. Inter has colunrur in Flore Castanea, Quercus, Ilex, Suber, quæ ^capsulas^ Bryon ferunt

Salix, Populus, Nux, Corylus, Betula, Ostrya, Alnusque Iulos fundunt

Lymam autem producunt Pinus, Abies, Larix, Robur, Juniperus, Taxus, Cedrus, Platanus, Cupressus, Thuja, Sabina

Novissima erunt sive arbores fruticesque, sive herbæ et Gramina quorum orocera inter nucamenta non recipiuntur, ut Mayxum, Lycopsoides, Urtica, et Urticoides, Lachrymajobis, Sanguinaria, Typha, Ricinus, Ricinoides, Dactyloides, Pseudoanrapharc, Mercurialis, Spinacia, Lupulus, Cannabis, Acorus, Ephedra, Parietaria, Atriplex, Acetosa, Xanthium, Ambrosia

ciunt, ut Cinara, Carduus, Jacea, Cirsium, Lappa, Carlina, Cnicus, Acan-
thium, Carthamus, Senecio, Conyza, Elichrysum, Eupatorium, Filago

Terebinthus, Lentiscus, Viscus

Quæ ex imperfectis floribus seperatim, stamina et apices circa fruc-
tus semen ferentes, bifaria distributas exceptionas; quædam omnino
fructum ferunt, undequaque mollem, ac post maturitatem succo refer-
tum, ut Arum, Dracunculus, Asarum, Vitis

siccum autem, ut Ruscus, Fraxinus, Beta, Juncus, Pimpinella, Atrip-

Aliæ semen de singulis nymphæis exhibent, cuiusmodi: Bistorta, Per-
sia, Tragopyrum, Lapathum, Herniaria, Chenopodium, Parthenion, Scirpus
Scirpoides

A quibus sejuncta stirpes quæ culmum ferunt cum cerealibus stir-
pibus recensentur, ut Triticum, Secale, Hordeum, Olyra Thipha, Zea
Amylum, Phalaris, Lolium, Panicum, Milium, Sorgus, Oryza
Gramen spicatum
Gramen Tubarum
Gramen avenaceum
Gramen Paniculatum
Arundo

De Fructu

Fructus qui semen unum aut plura complectitur.

Dissepimentum, septum intermedium, membrana intercursans pars quæ fru-
ctus in sinus discriminantur

foricula, valvula fenestella foramen ut in fructu Papaveris, Antirrhini, Orobanche

Vas, vasculum, capsula capsella, theca, arca, arcula, arcella, alveolu-
alveus, cella, cellula, sinus, camerula, loculus, loculamentum fructus ca-
vitates pro stirpium discrimine significant.

Lacuna, fossula, sima simula cavitas aliqua externa.

Operculum, operimentum, tegmen quod fructus vel semen obtegit

Orbis et orbiculus operimentum quale in Hyoscyami fructu. Sic Cato u-
cat: abacum unum, orbis aenos II.

Tomentum, lana, lanugo in pomis, in caule, et foliis

Al: de Castaneis: καὶ μάλιστα δὲ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τῆς λέπους φλοιοί. ἡ δὲ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφημέρον πε ποσοῦν ... ξει./

Caro in carnosis fructibus ex pluribus vasculis composita. Plinius lib. XV.
Oliva constant nucleo, oleo, carne, amurca — alia baccis quarum i-
ntus lignum, et extra caro ut oliuis, Cerasis. Lib. XVI. Ficus tota
(constant) ex carne. Carne et succo mora constant — carne placent
placent — alia acinis caro, alia moris, alia unedonibus. Dioscorides l.

Callum caro durior in fructibus, ut in nucibus, in Palmulis, in fructibus quos dura-
cinos vocant. Plinius lib. XV. Acinorum quoque magna est differentia. Prim-
inter uvas ipsas callo, tenuitate, crassitudine, interiore ligno, aliis pu-
ro, aliis etiam gemino. lib. XIV. Uva non alibi durior callo, ut inde possi-
t invenisse nomen duracina.

Plaga et plagula intervallum ex fibrillis intercursantibus, ut in Luffa

Podex ... nis πυθμήν cavitas quæ circa staminum ac petalorum sedem in Mespilo
Piro, Malo, Punica relinquitur. Dioscorides lib. I de Mespilo Sitanio: πλα-
τὺν ἔχοντα τὸν πυθμένα. Columella lib. XII flosculum appellat: cernit
subtrata praedicta poma, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent.

Fissura pulvinata est sulcus in Persicis, Prunis, Armeniacis, et Palmularum ossibus
Plinius lib. XIII de Palmulis: Unisque autem prima nascitur pomi caro,
postea lignum intus, hoc est semen eius. Argumentum quod parvæ sine ho-
ve ...

experiuntur in eodem grossulo. Est autem oblongus, non, ut oliuis, orbiculatus. Praeterea cassum in dorso pulsatum fissura.

Apyrenus fructus sine nucleo duro. Columella libr. V de Punica: Hanc esse quinquennium fructus dulcem et apyrenum facit. Plinius libr. XIII. Aliqui granatum appellant. dulcem fecisse et in genera apyrenon uocando, cui lignosus nucleus abest.

Monopyrenus, dipyrenus, tripyrenus, tetrapyrenus, pentapyrenus, polypyrenus fructus qui unum, duos, tres, quatuor, quinque uel plures nucleos siue ossicula gerit intus.

Monochorus, dichorus, trichorus, tetrachorus, pentachorus, polychorus qui fructus in unum, duos, tres, quatuor, quinque, uel pluros loculos diuiditur.

Ceruix pars fructus contracta, ut in piris, cucurbita, fico.

Venter pars fructus latior, ut piri, cucurbitae, fici. Columella libr. X de cucurbita:

siue globosi
Corporis, atque utero nimium quae uasta tumescit,
Ventre leges medio semen.

Umbo quod altius eminet, ut de fructu Saracenis, et Nymphaeae, uel de disco conglobatorum florum

Obsessus pars quae inter calycem et fructum floremque iacet, ut in Trinitate et Lychnide, Cappari, Granadilla.

Anticulus quod a fructu producitur per ceruicem stipiti iungitur, ut petiolus piri, mali

Ancoriscus ἀγκωνίσκος commissura, et concatenatio dicetur de arcta per binas iuncturas fructus stipiti affigitur, ut in cerasis, myrtis.

Caducus fructus qui immaturus de arbore decidit. Plinius libr. XVI de prodis: Caducia separari.

Massa quae ad subactam farinam et ad alia deo transfertur, molles quoque fructus subactos significat. Columella libr. XII. Et totam massam (ficorum) (cum) sesamo ac foeniculo subactarum) comminutae fici permisceuint —— nam duratam massam fici aliter eximere non possunt.

Corium crassus fructus cortex, ut in Punicis, Nucibus Iuglandibus, Amygdalis ua. Palladius libr. II. Tit. XV. Amygdala ad legendum maturitatem faciunt, cum incipiunt spoliare corticibus. Has sine cura hominis siccantur in longum. Si difficultas corium diuiserint, paleis obruta continuo relaxabunt.

Malicorium proprie Punici mali corium. Plinius libr. XXIII. Hic cortex esse acerbis (Punicis) in magno usu: cuius coria maxime proficere illo nouit, obid malicorium appellant medici. Et libr. XIV. Huius anclis foliis ut malicorio coria perficiunt. Celsus libr. V inter remediorum compositiones malicorium ex aqua rolendum docet, modo cui pro sua diligentia praescribens: Malicorii contriti P. XX. Graecis dicitur σίδιον Dioscorides libr. I περὶ τὰ πέπη?

Caliolum siue culliolum a cullei similitudine, Festo auctore uiridem nucum crassum extimumque corium, ut in Iuglandi et Amygdalo. Festus: Culliola cortices nucum uiridia dicta a similitudine culleorum quibus uinum siue oleum continetur.

Carinae sunt bina lignea nucum putamina dum nux bifariam se aperit, ut in Amygdalo, Iuglandi, et Persico. Plinius libr. XV de nuce Iuglandi: Namque sunt bifida putamina carinae, nucleorumque illis quadripartita distinctio. Putamina a M. Tullio Tuscul. V dicuntur: instituitque ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.

Cutis, pellicula extimus et tenuis fructus cortex, ut acinorum, malorum, baccarumque. Plinius libr. XV. Cute (sequuntur) uua —— cute et succo cerasi. Cornelius Celsus libr. quotiens autem baccam, aut nucem, aut simile aliquid protrudit, scire oportet, antequam comprehendatur, ei summam pelliculam esse demendam.

Membrana est qua contenta in fructu separantur.

Cicus, ciccus aut ciccum membrana qua acini Punici in malo distinguuntur. Festus: Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. Varro de L.L. libr. VI. Ciccum dico-

(left margin:) δὲ τῆς ῥοιᾶς ἄ... τινες σίδια καλοῦσι. Suidas: σίδια τὰ λέπυρα τῶν ῥοιῶν.

acini, ut Cinara, Carduus, Lacca, Cirsium, Lappa. Tribulus ...

bant membranam tenuem quae est in malo Punico discrimen, a quo etiam Plautus dixit: quod volet d[i]visum siccam non interduo.

Folliculus multa apud auctores significat. Ita cuticula uvarum dicitur, ut apud Varronem R. R. I eaveat scopis ut folliculis subiciundis sub prelum expressi acinorum folliculi in dolia coiciuntur. Atque Columella lib. X resoluta intus folliculorum. Ita siliqua lib. XXIV Plinius hac Genistam exponens: semen eius quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens — Ita Acacia: minor est tantum et grano pro folliculo — spissatur succus ex folliculis. At lib. XXI calycem Alkekengi eadem voce indicat: Frutex est surculosus varicis quam herba folliculis

AC. Seneca Natur. Quaest. I. V. Nisi esset quod segetem evocaret, et latentem frugem rupsis velamentis quae folliculos agricolae vocant, ad auras educeret. Idem Epist. CXXIV Nihil vagina folliculus constituit. Est aliquod bonum tritici hoc nondum est in herba latente, nec cum folliculo se exerit spica mollis.)

magnis latisque et rubicatis grandi intus acino. Eodem scriptore folliculi vocantur in Terebintho atque Ulmo vesicae, et inflata corniculis in quibus animalia nascantur, ut lib. XIII de Terebintho legitur: Fert et folliculos emittentes quaedam animalia, et lib. XXIV de Ulmo: Humor in folliculis arboris huius nascens cutis nitorem inducit. Denique folliculi pro vasculis apud Petronium habentur: Servio ego ingenio, quamquam sordidissimis paraminibus vestita curiosa manu segrego. At illam iuriam mea accusans improba tollit, dentibusque folliculos pariter spoliat, et in terram veluti muscarum imagines despuit. AC. Nobis erit folliculus fructus exsuccus vesicae instar tumens, qualis in Staphylodendro gignitur, Coronilla, Cysticapnos, Colutea, Melianotho

Propertius lib. IV Eleg. II Prima mihi variat liventibus uva racemis.)

Racemus et Botrys est acinorum ac baccarum congeries ad uvae modum digesta. Virgilius Georg. II

tumidis, Bumaste, racemis

Et purpurea auribus praeclara ferit uva racemos.

Os et ossiculum nucleus ligneo cortice obtectus. Suetonius de Claudio Caesare Quotiens post cibum obdormisceret (quod ei fere accidebat) olearum ac palmularum ossibus incessebatur. Palladius lib. II Tit. XV Nunc locis temperatis persicorum ossa ponuntur. Sed lignum appellatur appellatum a Plinio, ut lib. XV de caryota esse scribitur: lignum oblongum, cassum a dorso pulvinata figura, in alvo media plerumque umbilicatum, et lib. XV. alia (natura) baccis quarum intus lignum, et extra caro, ut oliuis, cerasis — aliorum intus corpus, foris lignum, ut nuci. Aliis foris corpus, intus lignum, ut persicis, et prunis. Quare Ofilius iuris peritus, ut Digest. lib. XXXII tit. I habemus, ligni appellatione nucleos olivarum, balanos, et siqui alii nuclei, contineri affirmat. Quod dure putamine, non de contentis nucleis est accipiendum.

Elytrum erit involucrum semen amplexum, ut in Tithymallis, et Fraxinella Dioscoride de Lathyride lib. IV. καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρων τῶν κλάδων τρίχωρον περιφερῆ ὥσπερ κάππαριν· ἐν ᾧ τρία σπερμάτια διεχόμενα ἑκάστοις ἀπ' ἀλλήλων·

Conceptaculum erit fructus cui summo stamina cum apicibus ac petala affiguntur circumcirca; per maturitatem clausus, ut in Malo, Piro, Mespilo, Sorbo, Myrto, Punica, cotonea, Grossularia, Corno, Cratego.

Succi qui ex fructibus exprimantur, in nonnullis nomen invenere.

Mustum quod ex uva educitur, antequam fervescat. Post enim vinum appellatur. Dicitur mustum, quia recens et novellum. Apud Nonium legitur Utrum est melius virginemne, an viduam uxorem ducere? Virginem, si musta est. Plinius lib. XII de caseo: Laus caseo Romae, ubi omnium gentium bona comminus iudicantur, e provinciis Nemausensi praecipua, Lesurae Gabalicique pagis, sed brevis, ac musteo tantum commendatio. Idem lib. XIII de Palmulis recentibus: Est enim tanta musteis suavitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat. Columella lib. IX de melle: dum mustum fructus defervescat.

Vinum proprie quod ex uvae musto, sed ex aliis fructibus granisque etiam paratur. Medici etiam plura ad suos usus conficiunt.

Lora Vinello, Acquarello, Graspia vinum quod ex aqua vinaceis superfusa paratur. Cato: indidem si voles (vinacios) lavito, paulatim erit lorea familiae quod bibat. Varro R. R. I. quae calcatae uvae erunt, earum scopi cum folliculis subiciundi sub prelum — expressi acinorum folliculi in dolia coiciuntur, eoque aqua additur. Ea vocatur

re eiciuntur

ea vocantur lora quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme. Columella lib. VI de bubus alendis: si sit leguminum inopia, et alura, et siccata vinacia quae de lora eximuntur, cum paleis miscere. Plinius lib. XIV. Non possunt iure dici vina quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis, sed tamen inter vina operaria numerantur. Lora transpadani graspia dicunt; quoniam graspe vinacia vocant. Lora autem vocabulum ad vinacium eas quo vinum in dolia effundunt, traducunt

Vappa vinum nullius virtutis. Plinius lib. XIV. Vitiumque musto quibusdam in locis iterum sponte fervere: qua calamitate cum defecerit, desinit sapor, vappaeque nomen accepit. Horatius lib. II Sat. III.

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappamque profestis.

Floces vini faex. Caecilius Hypob. ego neque Florem, neque floces volo mihi vinum volo. A. Gellius: appluda ocis, et floces bibit.

Omphacium ὀμφάκιον Agresto succus ex immatura uva expressus. Plinius lib. XXIII. Omphacium qua fieret ratione, incipientis uvae pubertate, in unguentorum loco diximus.

Oleum succus pinguis oliva, unde nomen, quamvis ex aliis fructibus seminibusque pluribus haec pinguedo eliciatur. Varro R.R. I. Ex olea fructus duplex: oleum quod omnibus notum, et amurca. Poetae et olivo pro oleo utuntur. Virg.

Buc. Craterasque duos statuam tibi pinguis olivi.

Aeneid. VI. fuso crateres olivo.

Horatius lib. I. Sat. VI. ungor olivo
non quo fraudatis immundus Natta lucernis.

Persius Sat. II. Hac tibi contrito casiam dissolvit olivo.

Amurca sanies olivarum ἀμόργη Morchia. Cato: de his labris fraces amurcamque semper subtrahito — fraces cotidie reiciat: amurcam commutet usque adeo. Varro R.R. I. Recto amurcam periti agricolae ita in doliis condunt quam oleum aut vinum. Plinius lib. XV. Ex eo cortinis (oleum) in labrum fundendum, ut fraces et amurca linquantur.

Fraces itaque, olei faex, ut etiam ex Columella lib. VI. Quidam fraces vino et adipe commiscent.

Oleum omphacium vel omphacinum id quod ex acerba oliva vi preli defluit. oleum omphacium est. fit olea adhuc alba expressa. Plinius lib. XII. Oleum et omphacium ... ita ex aliis fructibus quamplures

Acetum acero, ut ex vino acetum fit, ita ex aliis fructibus quamplures

Nauci et naucum id quod nihil est ex Festo: Eloscemarorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. Verum ita dicitur etiam nucis iuglandis interiorum dissipimentum eodem Festo auctore. Quidam inquit, nucis iuglandis, quam vulgus iuglandem vocat, medium velut dissipimentum. Priscianus lib. VI. Nauci quod putamen nucis significat, et pro nihilo accipitur.

Flos vini, et vinum florere fit quod vino innatat. Columella lib. XII. si vinum florere incipiat, saepius travasare oportebit, ne flos eius pessum eat. Plinius lib. XIV. Flos vini candidus probatur, rubens triste signum, nisi is vini color sit. Flore idem etiam nunc vulgo usurpatur.

... ut Cinara, Carduus, Lactuca, Cirsium, Lappa. ...

Officia quae Botanico nota esse oportet.

Herbarius, Botanicus stirpium peritus, idemque cultor. Plinius lib. XX. ... herbarii pastinacibus ergo cataplasma imposuit cum oxio.

Coronarius et coronaria qui vel quae coronas texit, aut vendit. Plinius lib. XXI. Florum invicem odores coloresque accenderunt Sicyonii, ex ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae dilectae admodum illi.

Viridarius, Topiarius qui topiaria opera facit. M. Tullius ad Q. fratrem ep. 1. Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera. Plinius Valerianus Epist. XIX lib. III. Atriensis [illegible] Topiarii, fabri. Plinius lib. XV. Tarentinum genera topiarii faciunt.

Seminator, Sator qui stirpes vel semina deponit terrae. Columella lib. III. Satoris autem officium est primum quae recentissimas, et, si fieri possit, eodem momento quo [illegible] vere velit, de seminario transferre plantas. Plinius lib. XV. Hesiodus negavit satorem oleae fructum ex ea percepisse quemquam. M. Tullius de Nat. Deor. lib. II. Omnium autem rerum quae natura administrantur, seminator, et sator, et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus. Varro R. R. 1. idque [illegible]

ea ita esse docent vitiaria, ad quae sator non accessit.

Olitor Olerum sator. M. Tullius Epist. lib. XVI epist. XVIII. Sic olitorem ipsum [illegible] noveris. Columella lib. X.

Disponat plantis olitor quas semine sevit.

Δενδρότομος Putator Arborum.

Arborator, putator qui arbores putat, et falce curat. Plinius lib. XVIII. Eundem medio die, arborator ne cadito. Lib. XXVII. curatum esse, omnibus ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem. Columella lib. X. Nam et arator reperitur aliquis bonus, et optimus fossor, aut foeni sector, nec minus arborator, et vinitor. Virg. Georg. II

summumque putator haud dubitat terrae referens mandare cacumen.

Viticola, Vinitor itaque qui vites curat. Virgilius Ecl. X

vestrique fuissem

aut custos gregis, aut maturae vinitor uvae.

Idem Georg. II. Iam canit extremus effoetos vinitor antes.

M. Tullius de Fin. V. Anne quae per vinitorem antea consequebatur, per se ipsa curabit? Columella lib. III. Nam ut amplissimas impensas vineae noscant, non tamen excedunt septem iugera unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi aeris, vel de lapide noxium posse comparari putant, sed ego a plurimorum opinione dissentiens pretiosum vinitorem in primis esse censeo. Idem lib. I. Quia et in turba, et sub monitore vinitor opus facere debet. Silius lib. VI. Viticolae nomen pervulgatum Falerni.

Pampinator qui pampinos inutiles demit, ut frondator qui arbores nimia fronde spoliat. Columella lib. IV. Idque faciet variis de causis pampinator industrius. Virgilius Ecl. I. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Plinius lib. XVIII. Unus frondator quaternas frondarias fiscinas complere in die iussum est.

Insitor qui calamos inserit.

Inoculator qui per gemmas sive oculos insitionem facit. Plinius lib. XVIII. Itemque caveat insitor calamis, gemmisque inoculator.

Olivans, Legulus. Ille dicitur qui oleas ramis legit, hic qui et oleas, et uvas. Plinius lib. XV. Quippe olivantibus lex antiquissima fuit: oleam ne stringito, neque verberato. Varro de L. L. V a legendo leguli qui oleas aut olivas legunt. Calphurnius Ecl. III.

exercemus legulus, cum sustulit uvas.

Vindemiator (Vindemitor) qui vindemiam facit. Columella lib. IV. Vindemiatorum [illegible] sciebat et fructus commodius legatur a vindemiatore. Varro R. R. 1. Ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris. Idem de L. L. lib. [illegible] Vindemiator vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit. Horatius lib. I. sat. VII. durus vindemiator, et invictus cui saepe viator

cessisset

Seneca — cum rarus vindemitor uvas.

Foeniseca, foenisex foeni sector. Columella lib. II. ne cubi ferramentum foenisecae possint offendere. Plinius lib. XVIII. Igitur, totum prius oleum ad crus ligato, foenisex incedebat.

Fossor qui solum fodit. Columella lib. II. Arator reperitur aliquis bonus, et optimus fossor, aut foeni sector. Virgilius Georg. II.

Et labefacta movens robustus iugera fossor.

vepretinator

56 Ficitor cultor ficorum, et ficorum πωλης. Naevius apud Nonium: Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Arator qui solum aratro colit. Columella lib. I. Nam longissimum quemque aratorem, sicut dixi, faciemus. Plinius lib. XVIII. Arator nisi incurvus, praevaricatur. Virgilius Ecl. III.

Tempore quo messor, quo curvus arator haberes.

Mediastinus mancipium villae rusticum. Horatius lib. I. Epist. XI.

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

Columella lib. I. Mediastinus qualiscunque status potest esse, dummodo perferendo labori sit idoneus. M. Tullius in Cat. Collectum ex senibus dispensatis agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus.

(Operarius, Opera. Horatius Satyr. l. II. Sat. VII. Ocyus hinc te ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. Varro R.R. lib. I. Praecepit operarios parandos esse qui laborem ferre possint.)

Messor qui segetes secat, et colligit. Columella lib. II. Tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor — messoris unam et dimidiam. M. Tullius de Orat. lib. III. Non mihi oratores antiquos, sed messores videor imitari. Messor.

Sartor, sarritor Σκαπανευς. Nonius: Sartor non solum a sarriendo, sed etiam a sarciendo declinatur. Plautus Capt. Act. III. Sc. V. Sator, sartorque scelerum, et messor. Columella lib. II. Tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas [maxime] occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris duas.

Occator qui occat, id est glebas rastro frangit et comminuit. Plautus Capt. Act. III. Sc. V. Non occatorem dicere audebas prius?

Runcator qui stirpes malas et herbis manu purgat. Columella lib. XI. Quaecunque provenient, intelligi oportebit, nulla opera postulare runcatoris.

Torcularius qui uvas, oleas, vel quid aliud torculo premit. Columella lib. XII. Quia interdum maturitate baccae torculariorum vincit laborem.

Viridarius qui viridarium colit.

Medicamentarius, pharmacopola qui remedia conficit, aut vendit. Plinius lib. XIX. Quo utuntur medicamentarii. Cato apud A. Gellium lib. I. Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam; nam eius verba audiuntur: verum ei se nemo committit, si aeger est. M. Tullius pro Cluent. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur.

Pastinator qui terram pastinat, hoc est profunde saepe fodit. Columella lib. III qua pastinator solum lacraverit.

Cultor, nutritor. M. Tullius de Nat. Deor. l. II. Qui quasi cultores terrae constituti. ~~Virg. Georg. IV. Hoc pingues et placida~~

Alligator qui stirpes, flagella, vel quidquid vimine revincit. Columella lib. IV. Sequitur alligatoris cura, cuius officium est, ut recta vite, protectat ad iugum.

Opera artesque quorum cognitio ad botanicum refertur.

Spicilegium spicarum quae post messem in segete relinquuntur, collectio. Varro R.R. I. Messi facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere spicilegium.

Messis frugum collectio. Varro R.R. I. messis proprio nomine dicitur in iis quae metimur, maxime in frumento, et ab eo esse vocabulum declinatum.

Messis item tempus metendi. Plinius lib. XXIV. Flos lini per messes colligitur. Virgilius Ecl. V. Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra.

Messis pro frugibus. Varro R.R. III. Nec enim, ut illa, foenisicia vidit arida in tabulato, nec vindemiam in cellis, neque in granario messim. Virgilius Georg. I.

Illius immensae ruperunt horrea messes.

Vindemia vini idest uvarum collectio: nam antiquitus uva vinum pendens dicebatur. Columella lib. XII. Cato: In vinetis uva cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet.

Iam discimus quae ad vindemiam praeparanda sunt.

Vindemia item mellis perceptio, et collectio. Columella lib. IX. Post, ubi transacto, sequitur mellis vindemia. Plinius lib. XI de mellatione: Ergo diligentiores ex hac vindemia XII partes apibus relinquunt. Idem lib. XV de oleis haec posuit: consequens earum vindemia est.

Vindemia pro ipso uvarum fructu, ut ex Varronis lib. III in messi exposuimus. Virgilius Georg. III. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Columella lib. I. Et vindemias condimus ex insulis Cycladibus, ac regionibus Baeticis, Gallicisque.

Vindemia quoque tempus. Columella lib. XII. Quaecunque sub tecto administrantur circa vindemiam — Nec per vindemiam ab torculari aut vinaria

cunt, ut Cinara, Carduus, Lacca, Cirsium, Lappa, Tribulus ...

Olitoria arte Botanico nota esse ...

cella recedendum est. Plinius de melle legendo lib. XI. Favoque Majo mensi
includitur hac vindemiam. Huic vindemiae Arcturi signum dedere initium Capitu
cialem diem Volcano sacrum.

Foenisecium, foenisecia, ipsum foenum. Varro R. R. 1. Itaque addere foenisicia cumulum. Colu
lib. III. Nec enim, ut illa, foenisicia uicit, aptior in tabella.
Foenisecium tempus foeni secandi. Columella lib. II. Altero tamen anno minore
cura post foenisecia permittemus adimitti. Plinius lib. XVIII. Nec primo a
rigari, nec pasci ante secunda foenisecia.

Ficitas. Ficorum copia. Naevius apud Nonium: Ficitates omnes cupiunt ficitare. Mors
sine molestia.

Oleas. Oliuitas. Olearum uel olei prouentus. Varro apud Nonium: tum denique omnis quom ...
combusta est in lacubando, oliuitasque consumpta est. Columella lib. 1. Lon
simis oliuitatibus, libentisque uindemiis excuberent.
Oliuitas et oleitas oleae legendae tempus. Cato: sese oleam non subegeris
neque quemquam sub dolo malo, ea oleitate ex fundo L. Manlii. — Ubi ...
et oleitas facta fuerit. Columella lib. XII. Media est oliuitas plerumque initio
mensis Decembris.

Topiaria ars topiarii operis. M. Tullius lib. III ad Q. Fratr. epist. 1. Ut denique ...
palliati topiariam facere uideantur.

Herbaria. Botanica. Botanice, ars herbaria qua quis cognoscendis stirpibus addictus est. Plini
lib. VII. Herbariam, et medicamenta, rata a Chirone inuentas.
Botanismus a botavisco, runcatio inutiles herbas euellere. Plinius lib. XVIII. Po
pauci runcant, quod botanismon uocant. Columella lib. II. Frequentem ma
exigunt sarritionem, et runcationem, ut herbis liberentur.

Pampinatio, frondatio superfluos pampinos, uel frondes manu demere. Colum
lib. IV. Siquidem uel magis pampinatio, quam putatio uitibus consulit. Idem l
V. In frondatione cauendum, ne praecisiones nolicas ...

Sarritura sartio. Sarritura, sarritio, sarculatio rapinare sarculo terram scindere, sarrire. Plinius
XVIII. Sarculatio induratam hiberno rigore soli tristitiam laxat. Columella lib.

20 uineae et segeti existimatur.) Peracta sementi, sequens cura est sarritionis. Lib. XI. earumque tempestiua ...
sartio est, cum enata frumenta quatuor foliorum esse coeperunt. — Sarritura
quoque frumentorum iteratur egregie. Plinius lib. XVIII. Ab aequinoctio sartura nocere et 20

Satus, sementis, satio. seminandi actus serendi. M. Tullius[21] in Verr. V. ne, si tempus sationis praeterisset,
23. Columella lib. II. Sationes legitimas duas seruaque.) granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. Virgilius Georg. II.
21 de Senect. Quid ego uitium ortus, satus, Optima uinetis satio, cum uere rubenti
incrementa commemorem[22]. Candida uenit auis longis inuisa colubris.
M. Tullius 1 de Orat. Tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente uiuit, ut qu
sit sementis, ac messis, quae arborum putatio, ac uitium quo tempore anni,
24. Caesar de Bello Gallico 1. sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret.) quo modo ea fiant, omnino nesciat. Columella lib. XI. Si autumno semi
tem facturus est. Cato: In caldissumis locis sementim postremum fieri oportet. ...
Sementis etiam tempus serendi. Cato de eadem materia: per sementim in
Prima sementis uarias serere (semitis: nouissima priscae proferat.) priunt matura esset. Columella lib. II. Altero sulco seminari debet post aequinoc
media fere sementi, sato solo.

Arare, uel arationem terrae frugibus satae aratro inuertere, ut mersa segetes pu
sterzore solo cedant. Pliniius lib. XVIII. Postquam respuebat natura, inarabant
illae messes duplicatae recuere, quod nunc uocant arare, id est aratrare, ut c...
tunc dictum. Varro R. R. 1. Quaedam etiam serunda non tam propter praesentem fru
ctum, quam in annum prospicientes, quod ibi subiecta atque relicta terram faciu
meliorem. Itaque lupinum quom ponicum (ita lego ex uetustis cum dominus ...
uaticanis et Aldinis (ut nedum) siliculam coepit, et nonnunquam fabulia, si ad s...
quas non ita peruenit, ut fabam legere expediat, si ager macrior est, pro ste
re inarare solent.

Medicamentaria Pharmaceutice ars medicamenta conficiendi.

Pastinatio. Pastinatum opus cum solum profunde foditur. Columella lib. III. quibus omnibus ...
figendis explorantis, ut pastinationem suscipiemus. Plinius lib. XVII. Al...
Populus seritur bipedaneo pastinatu.

Verbena quae peculiari generi subiicitur, multo apud veteres venerationis sibi comparavit ramulos frondiferos, colesque, ac gramina, aut herbasque quibus in sacris, et legationibus utebantur significantes. Plinius libro XXII Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fecere et in sacris legationibusque verbena. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra evulsum, ac semper e legatis cum ad hostes clarigatumque mitterentur id est res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. Inter Varronis reliquias quae ex iis quae de vita P.R. est commentatus, supersunt, Verbenarius (ita enim potius quam vulgatum verbenatus) occurrit: is, ut Nonius exponit, ferebat verbenam; id erat caduceum pacis signum: nam Mercurii virgam possumus aestimare. Quod Plinius memorat, confirmat Festus hoc modo: Sagmina vocantur verbenae, id est herba pura quia ex loco sancto arcebantur a Consule Praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum: vel a sanciendo id est confirmando. Sed quid istud arcebantur? Vitium ex gratia transcribentis natum: vitio ex Plinio manifestum, et sumebantur avellebantur legebantur vel quid ita vero vellebantur, quo usus Livius Libro I: Iube ne me, rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire? Iubente rege sagmina, inquit, te, rex, posco. Rex ait: pura tollito. Praeterea alia expressa oculis subiecta quae a Servio memoriae prodita sunt: Verbena, inquit, proprie est herba sacra, rosmarinus, ut multi volunt id est λιβανωτίς, sumpta de loco sacro Capitolii qua coronabantur feciales, et pater patratus foedera facturi, vel bella indicturi. Abusive tamen verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est Laurus, Oliva, ac Myrtus. Terentius

ex ara hinc sume verbenas tibi

atque eas substerne

Nam Myrtum fuisse Romanis testatur, de quo Terentius transtulit. Hoc plenius exequitur ad illud Eclogae VIII carmen commentarium.

Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta

Verbenasque adole pingues, et mascula tura.

Verbena, ait, dicuntur virgulta, quae semper virent, iucundi odoris. Alii verbenas virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Nam ideo et Virgilius ait, quamvis hoc et de palma, et de lauro dici possit. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen haec a similitudine verbenae appellantur. Usus itaque verbenarum praecipuus in legationibus, foederibusque sanciendis habetur, idem etiam ad sacras aras sive verbenas sive coronandas memoratur, ut ex Terentio afferre Servius nosque ex aliis scriptoribus in medium proferemus. Idem canit Horatius Libr. IV od. XI.

Ara castis
vincta verbenis avet immolato
spargier agno.

Quibus haec subiicit Acro: Verbenae sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas dictae quasi herbenae. Propterea quod Donatus ara vero vedimicula Verbenas appellat. Nunc Plinii inconstantiam prius quam ad alia progrediamur, admirari subit, qui cum enarrasset, ut vidimus, verbenas esse gramina sive herbas petitas de loco sacro lecta, libro XXV id nomen et usus ad unum genus retulit, et quod multis commune, unicis definivit: Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet quam hierobotane. Aliqui Peristereon, nostri Verbenacam vocant. Haec est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus. Hac Iovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque. Quonam societatis vinculo haec cum superioribus possunt committi? Quonam etiam ad haec ista ex libro XV depromta sunt referenda? Quippe ita traditur: myrtea verbena Romanos Sabinosque cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos. Non Peristereon, non Verbenaca quae certe simile stirpe continetur, ad lustrationes adhibita, sed verbena nempe fasciculus frondiferarum stirpium modo ex Myrto desumpta, ut Plinius ostendit, modo ex Lauro, ut Ovidii merito ex ~~[illegible]~~ fast. V haec paradeiceon nos docet

Prudentius Hieramorph. VII binas aras ita exornat: Statuitque aras e caespite binas ... Hecati, ... sive parte sinistra ... ubi verbenis, ... incinxit agresti.

cum, ut Cinara, Carduus, Lactuca, Cirsium, Lanna, Tassilina [illegible]

[illegible] [illegible] Botanico nota esse [illegible]

[illegible] [illegible] Maio [illegible]

Vila fit hinc Laurus, Lauro spargentur ab uda
omnia quae dominos sunt habitura novos.
Verbena itaque Laurus erat, hac de causa in coronis a triumpha-
tibus implicita, eademque a caedibus cognati Laureati, sum
testes, milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purga-
a caede humana intrarent urbem. Itaque eandem Laurum omnibus
suffitionibus adhiberi solitum erat [illegible]. Propterea et sa-
crificiis immiscebantur. Pervulgatum est Horatii carmen:

Hic vivum mihi cespitem, hic
Verbenas, pueri, ponite, thuraque
bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hostia.

Mulierem ita sacram pro puerperio [illegible] operantem in [illegible]
scena loquentem inducit Plautus:

Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut venerem Lucinam
hic apponite, atque abite ab oculis. Eho Pithecium,
face uti accumbam: accede. Adiutare sic decet puerperam.
Soleas mihi deme; pallium inice in me huc, Archilis: ubi es?
Astaphium? Fer huc verbenam mihi, tus, et bellaria.
Date aquam manibus.

Quoniam igitur in sacris solemne erat verbena uti, eandem secum fe-
rebant sacerdotes tanquam ad sacra necessariam. Itaque adversus
Verrem M. Tullius declamans, quo die Ennam venisset, sacerdotes Cere-
ris cum infulis et verbenis sibi occurrisse narrat. Eadem verbena coro-
nati sacra faciebant, ut ex Virgiliano carmine Aeneid. l. XII. cognoscimus

Rutulique manus Teucrique parabant
in medioque focos, et diis communibus aras
gramineas. Alii fontemque ignemque ferebant
velati lino, et verbena tempora vincti.

Eadem numinibus caput implicabantur, canente Horatio

Te nihil attinet
tentare multa caede bidentium
parvos coronantem marino
rore deos, fragilique myrto.

Maluit porro vates rorem marinum, ac myrtum celebrare unde verbe-
sumebantur, quam verbenam.

Verbenis hostias etiam victimasque coronari solitas non temere colli-
gitur, scribente in Caligula Suetonio: Alterum qui se periturum ea de causa
voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque qui votum repo-
scentes per vicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. Ad victimam
enim pompam miserrimus homo infulis ac verbenis decorabatur,
honorifice ad mortem ducerentur. In nuptiis denique quae magna veli-
gionem semper sacram atque habitae [illegible] verbena [illegible], quippe
ut refert Festus, corollam novam nupta de floribus, verbenis, herbisque
a se lectis sub amiculo ferebat.

Hactenus recensuimus quae religiosum cultum Verbenis asserunt: sequi-
tur non prodita in vulgum quamvis a claris auctoribus dicta [illegible]
bena vocabulum [illegible] quam hominum opinio fert declarant. Apud
Scribonium Largum de emplastro Tryphonis cum legimus: oportet imponere
— deinde spongiam novam ex verbenis myrto oleaque factis. Haud di-
similia praescribuntur a Celso de re Medica libro V. cap. XXVIII. Sup-
ponis tenera calida fovendum est, in qua rapa decocta aut si ea non
sunt, aliqua verbena ex reprimentibus. Et libro VI c. XIX. Sub-
sidere in aqua ex verbenis debet: imponere maxime malicorium cum
aridis rosae foliis conviciatum; aut ex iis aliqua quae sanguinem suppri-
munt. Et post: in aqua desidere homo debet aut salsa; aut ex
verbenis vel malicorio incocta. Quibus ramorum fasciculus ex singulis
semper arboribus cum ex myrto, olea, rore marino, lentisco, acero, cupresso quo-
que fortasse conficeretur. Ad Scribonium et Celsum quamvis auctori-
tate nequaquam par Vegetius accedit, a quo libro de re mulomedicina an-
III inter [illegible] proditum est: singulare remedium est cupressina cum
cum verbena, quod Columella libro VI sic expresserat: Remedio sunt
cupressini quindecim coni. Galbulos autem esse conos nemo inficiabitur
neque nos alio id deducimus, memores Virgiliani carminis

quales cum vertice celso
aeriae quercus, aut conifera cyparissi
constiterunt.

a terminalia beana)

58

memores et Servii interpretis explicantis conum dici fructum cupressi. Qui tamen subinde a proposito recedit asserens cupressum foeminam vocari sconocchia, quia a rotunditate in acumen fastigatur. Propterea quod opinabitur fortasse quis conos etiam summitates ramorum vocari, et hac de causa a Vegetio inter verbenas relatum.

Ut totam hanc quaestionem [illegible] animadvertere superest, verbenam esse gramen et herbam cum sua terra evulsum a Plinio significari, idque apud Festum herbam puram verbenam dici. Sic [illegible] et Gramen et herba idem. Et herbam dare sive porrigere, nonne victum se fateri. Herbam, inquit Plinius libro XXII, apud antiquos signum victoriae erat herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere. Sic tamen [illegible] cum de Elephante libro VIII loquebatur, herbae verbenam substituit dicens: Mirus namque pudor est, victusque (Elephans) vocem fugit victoris, terram ac verbenam porrigit. Iam manifestum Gramen, herbam ac verbenam eadem significatione contineri. Herbam autem et Gramen de pluribus longe et late deduci et propagari quis ignorat? Verbena igitur ut et Myrto, Olea, Lauro, Rosmarino, Cupresso recte sumatur, et quaelibet alia herba legi, et gramina omnia herbaeque verbenae nominari non est cur dubitemus. Sed quoniam in tradendis disciplinis nihil obscurum, nihil inconstans, nihil ambiguum est immiscendum, ne lectoris mentes difficultate aliqua implicentur velim antiquitati verbenae vocabulo, [illegible] eadem voce pervulgatum nobis est Verbenaca quo usus Plinius invenitur et post Plinium multos.

Herba porro quae universa stirpium natura non est removenda nec tamen, sub [illegible] nomine immiscenda generibus cum caeteris [illegible] generalem eadem nomenclatura designatur. Hinc Varro in III [illegible]

(seu Herba panis, herba Scovia, Terraria, sacra, [illegible], Iulia, Herbarum omnium universitatem) ([illegible] cuique liceat, [illegible] frequentis)

et victu pascantur simplicis herbae.
laetis vituli vulgo moriuntur in herbis.

et Aeneid. III
ecce
laeta boum passim campis armenta videmus.
Caprigenumque pecus, nullo custode, per herbas.

Lucretius II. Tempora conspargunt viridantes floribus herbas
Ovid. Fast. II. Floribus odoratis [illegible] cultissimus herbis.
Manilius integra quaerentes [illegible] prata per herbas.
Varro R. R. II iterum enim ut iucunditas in herba redintegratur.
Col. L. II. c. IV Pingues campi qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente, cum omnis herbas ediderint. — quoniam sic omnes radices herbarum praerupta necantur. L. VII iucundissimas herbas esse quae aratro proscissis arvis nascantur. Cato capite 37. Ex segete vellito ebulum, et cicutam, et circum salicta herbam altam, ulvamque. Sunt alia plurima quae prosequi nihil attinet; quoniam usus auctoritate satis confirmatus.

Illa tamen herbarum ratio extra Botanici munus esse habenda videtur, cum herba ad stirpis immaturitatem significandam sumitur, ut de frugibus cum dicitur apud Ciceronem de Amicitia: ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. Et apud Plinium libro 18: Est ordei alterum caput quod in radice exit: alterum in herba. Item frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam. Idem quoque Iulius Caesar libro de Bello Gallico I testatur, cuius verba sunt: Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Neque vernacula lingua a latina consuetudine abhorret videlicet: esser ancora in erba: mangiarsi la raccolta in erba. Bernardi item Bellincionii musa declarat:

Ingannato sarà, come il villano
Chi vuole in erba misurare il grano.

Caeterum historiae [illegible] Botanici est singulos germinandi gradus propria nomenclatura enuntiare, neque vocis ambiguitate fallat. Gramen similiter declinandum, quo genus [illegible], neque pro verbenis usquam neque pro alia stirpe quae generatim graminis nomine designatur, usurpandum. Sic namque utentibus ut [illegible] Tullio: tota sint Puteolis gramina. Sic namque Horatio: redeunt iam gramina campis / arboribusque comae. Sic namque Virgilio: mala gramina pastus.

ocini, ut Cinara, Carduus, Lacca, Cirsium, Lamina, Tribulus ...

Officia ... Botanico nota esse ...

Et sinamus denique Columella de floribus ultra citamus:
Plantantur: necnon segnenia gramina mentita. 1

Cerinthe ignobile gramen
inque novos soles audent se gramina caelo
credere.

Frumentum quoque plura complectitur, propterea etiam generis censu ... singulariter frumentum autem est, ut Varroni R.R. 1, in quo ... extulit spicam. Ideo frumenta Triticum, Hordeum, Siligo, Zea ... apud Gallos: nunc ita aiunt: in segetibus et in hortis bona frumenta esse. Nostri ibi nimium spem habere. Saepe audivi inter os atque offam multa intervenire posse. M. Tullius ad Atticum epist. libro v epist. XVI. Locus copiosus a frumento. J. Caesar de Bello Gallico III. Maior spes munitiore frumentatione proponitur. Plinius libro XVIII. Frumenta multa vadiantur bovis. Virgilius Georg. 1 et cum

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent

Pandere frumenta dicebant antiqui, ut Festus refert, quia de vaginis non bene exibant. Sed cum inter exclusa sit etiam pandere, animadvertere ... fuisse pandere, quasi mera spica extra vaginam se credere non audeant. Est autem frugum vitium. Propterea Dea Patelena colebatur.

Segrandia eodem auctore dicuntur frumenta sive grana minura. Varro R.R. II: quod quae postea concipiunt, segrandes fiunt atque in... Grana segrandia sunt quae vulgo nibliata: quod ad debitam maturitatem non perveniunt, sed acerba nimio aestu consumuntur.

Frutare de frumento etiam dicitur, ut ex Festo accepimus, ... ca in frumento tumet; videlicet dum in vagina spica intumescit.

Ut inter fruges quae in spicam fastigiantur, secanturque media, frumenta celebrantur, ita inter eas quae manu leguntur, a legendo Legumina dicta, ut Faba, Pisum, Cicer, Lens, Phaseolus, Lathyrus, ervum. Eadem et Legarica (non ut vulgo habetur) Legaria nominantur, ut ... litiani, Sancta Reparata, et Laurentiana Medicea codicibus, primis forma excusis libris expressimus. Serendum viciam, lentem, cicerculam, Erviliam, caeteraque quae alii Legumina, alii (uti Gallicani quidam) Legarica appellant. Utrumque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur. Plinius libro XVIII. Sequitur natura leguminum, inter quae maximus honos fabae; quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Columella libro II c. VII. Leguminum genera cum sint complura, maxime grata, et in usu hominum videntur, Faba, Lenticula, Pisum, Phaselus, Cicer, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum etiam, et hordeum. Sed plura quam legumina natura sint Columella complectitur. neque ... cannabis, linum, sesama, milium, panicum, hordeum inter legumina ... in his legumen, non frugum ... si quo legumina dicta ... legumina ea sola esse videntur, quae cum siliquantur, vel nobis vel domesticis animalibus inserviunt, flore quam leguminosam dicimus ... Virgilius Georg. 1

Unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis fetus viciae tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos silvamque sonantem.

de Legumine item mox haec:

Semina vidi equidem multos medicare serentes
et nitro prius, et nigra perfundere amurca,
grandior ut fetus siliquis fallacibus esset,
Et quamvis igni exiguo properata maderent.

Ad Legumina spectat Ocinum sive Ocimum, et Farrago quae pabuli causa ex leguminibus seruntur. Varro R.R. 1. Omne pabulum primum ocinum, farraginem, viciam, novissime faenum secari. Ocinum dictum a Graeco verbo ὠκέως, quod celeriter ... Similiter quo ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum quod citat alvum bubus, et ideo iis datur ut purgentur. Id ex fabali segete viride sectum antequam genat siliquas. Quae Plinius libro ... repetit, nunc librariorum vitio foede corrupta: Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocimum vocat quo sistebant alvum bubus. Id erat e pabuli segete viridi desecta, antequam gelaret. Sura Manlius aliter interpretatur, et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantundem erviliae in iugero autumno misceri et seri solitos. Nos in epistolis nostris ad antiquam formam redigere sciamus conati: — quod Cato ocinum vocat quo citabant alvum bubus. Id erat e fabali segete viridi secta, antequam generet. Hoc autem fabali tanquam fabali ...

Tipha, Olyra

similiter: Frumenta ... dum in terris genu spicas incipiunt concipere.

frumentis dum e vaginis egredierentur, praeesset.

13 A. Gellius libro IV non legamen, aut legarium, sed legumentum vocat. Nulla sapiens legumento Pythagoram dixit usum quam fabis. Deinde: Animantes sunt plerique ... legumentum vulgo dici.

quod non omnino facit Columella, qui addidit: Inter frumenta etiam Panicum et Milium ponenda sunt, quamvis iam leguminibus ea contribuerim.

eruditissimos auctores assidue pervertantis)

59

Fabali accipitur, cum etiam fabas intelligere non possimus, quandoquidem in A. Gellii libro IV quo paulo ante in Legumento usus sum verba non faba sed fabulum. Opinio vetus falsa occupavit, et convaluit Pythagoram philosophum non esitavisse ex animalibus: item abstinuisse fabulo quem κύαμον Graeci appellant. Pergit mox: Idcircoque in Empedoclis versu isto non a fabulo edendo, sed a rei veneriae proluvio voluisse homines deducere.

Farrago eximo cognatum vocabulum, pabulum n. ex seminum mixtura praedense satum. Varro R. R. 1. contra ex segete, ubi sata admixta hordeum et vicia, et legumina pabuli causa, viridia, quod ferro caesa, farrago dicta, aut nisi quod primum in farracia segete sit coeptum. Nemini autem mirum videbitur vetus viridem unde popularitur dicimus verde, a nobis constitutum, cum in tribus probatissimis codicibus Politiani, S. Reparatae et Mediceo Laurentiano legatur. Plinius libr. XVIII. Farrago ex recrementis farris praedensa seritur, admixta aliquando et vicia. Atqui ita erat farrago ex uno tantum genere sata, cum ad pabulum seritur. Plinius libro XVIII. id autem quod secale ac farrago appellatur, occari tantum desiderat. Columella libr. II. c. XI. Farraginem in restibili stercoratissimo loco et altero sulco serere convenit. Ea fit optima cum cantherini ordei X modiis iugerum obseritur. Secale vero et hordeum cantherinum idem esse in nostris animadversionibus Lipsiae editis ostendimus, et nunc ex Plinii loco confirmamus. Neque enim aliud ordeum cantherinum atque hexastichon esse tr[illegible] ex eodem Columella indicant. Proximum est his frumentis usus ordei quod rustici hexastichon, quidam etiam cantherinum appellant. Sed farrago veterum auctoritate recte dicitur, farraginariam quod ad Columellam refertur, esse depravatum, scribendumque farrago ordeacia, epistola nostra LXV declarat.

Siquis inter frumenta et segetes societatem et coniunctionem esse prospexerint, optime prospexisse videbitur, cum segetem et terram esse in qua aratur, et sata simul cognoverit. Nos cum opinionem et consuetudinem hominum sinistrorsum homines flecteret, ad veram intelligentiam depravatas mentes nostris epistolis excitavimus. Quare tota segetis cum pro arvo capitur, nunc posthabita ratione, idipsum esse frumentum ut institutiones nostrae cognoscant, plenius, subiectis ex antiqua nobilitate exemplis, declarabo.

Virgilius Georg. I.

exspectata seges vanis elusit aristis. (sed illos)

Idem Aen. II. in segetem veluti cum flamma, furentibus austris, incidit.

Idem Aen. III. arebant herbae, et victum seges aegra negabat.

Lucilius in Satyr. solam tetram adversam segetem immutasse statumque

Ovid. Metamorph. V. primis segetes moriuntur in herbis.

Seneca Hercul. nec adulta leni fluctuat Zephyro seges

Idem Oedip. arente culmo sterilis emoritur seges.

Varro Log. Menia. neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. Plinius libro XVIII. sin articulos seges ire coeperit, runcare remedium est, ne herbae vincant. Abunde praestitisse video segetem esse frumentum quod ex geniculato culmo in spicam emicat. addam pauca quibus pro aliis frequentius latius capi indicabo. Columella libr. II. Sed omni solo quod praedictorum leguminum segetibus fatiscit, una praesens medicina est, ut stercore adiuvetur. Vergilius Georg. I.

Urit enim lini campum seges, urit avena.

Postea: nec non et lini segetem, et Cereale papaver
tempus humo tegere.

Olus herbas quae in hortis ad cibum coluntur, complectitur, huius generis: Lactuca, Cichorium Intybus, Eruca, Nasturtium, Portulaca, Anisum, Pastinaca, Daucus, Chaerophyllum. Rapa, Napus, raphanus, Allium, Porrum, terrae Kali, Crithmum, Foeniculum, Campanula radice esculenta, Sisarum, Pimpinella, Brassica, Solanum tuberosum esculentum, Coronopus [illegible] tuberosa radice, Chondrilla, Tragopogon, Ocimum. Columella libr. XI quoniam sua quoque olerum sationes; nam et autumno et vere plurima seruntur. Plautus Cas. act. V sc. II. Profecto hercle non fuit quicquam olerum. Horatius lib. I epist. V: nec modica cenare times olus omne patella.

Beta, Atriplex, Acetosa, Asparagus, Asphodelus, [illegible]macia

Olusculum — Heluella et Heluela olus minutum esse Festo seu Nasturtium, Cherephyllum. M. Tullius Epist. libr. VII Epist. XXVI. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. Idem libr. VI Epist. I. Lautibus splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere

[illegible], cit Cinara, Carduus, Sacca, Cirsium, Lappa, Cardina [illegible]

[illegible] aria Botanico nota esso [illegible]

[illegible] Tournefort Maio [illegible]

Sa[illegible]

20 [illegible]
ra[illegible]

23. [illegible]
leg[illegible]
si de[illegible]
in[illegible]

24. [illegible]
res [illegible]
inna[illegible]
Lase[illegible]
Pina[illegible]
Comi[illegible]
retat[illegible]

Ad hanc primigeniam universitatem nonnulla referre iuvat, quae quoniam multa complectuntur, in propria sede statuenda non videntur, ceu Frux, frumentum, legumen, seges. Nam Frux frugis quam antiqui, ut memorat Festus, fructum et fructum dixerunt, quod ex ipsius fructu in hominum usum cibus descendit, nam in arboribus quam in herbis appellatur, eum in utroque genere fructum ostendat. Quintilia haud secus in quam fructus vocabulum, fruges per plura propagarunt. Nam ut ait Paulus Iurisconsultus quidquid ex vino, ex caedua silva ex cretifodinis et lapicidinis utilitatis perveniunt homines, frugis voce continetur. Iulianus tamen inter ... scribit, falsum esse, non enim fruges omne esse quibus homo vescatur, ... Quod ... carmine aut ... frugem, aut poma fruges dici. ... de pomis, de quibus ... carmine complexus est Columella:

aut aliena stirpe gravata
mitis adoptatis curvetur frugibus arbos.

Idem frugum nomen libro III hoc modo indicaverat: Qui negaverant esse idoneas frugibus ... materia. M. Tullius Lentisci fructum et frugem nominat. Frequentius de iis quae ex herbis terra fundit, nomen usurpatur, ut de Tritico, hordeo, farre, milio, panico. Hinc egregius vates canit:

Hic officiant laetis ne frugibus herbae

M. Tullius de Senect. Culmoque (germinatio seminis) erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur, e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam, et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum. Legumina item et si quid aliud ad hominum usum in arvis seritur, frugum voce significari apud M. Tullium invenio; nam in Oratione quae in Verrem inscribitur, haec habentur: L. Octavio et C. Cotta Coss. senatus permisit, ut vini et olei decumas, et frugum minutarum quas ante Quaestores in Sicilia vendere consuevissent, Romae venderent. ... de frumento suspicio fit, cuius decumas magno venditas esse Verres in sui defensione afferebat ... memoria ... Quid? cum libro II de legibus scribat M. Tullius, maiorum tumulos ... frugibus conseri solitos, ut sinus (terrae) et gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum ut vivis redderetur, quibus frugibus busta sata intelligemus? Malva credo, et Asphodelo, cum utraque ad cibos ... antiquitas, neque Asphodelus in tanta cupediarum ubertate hoc tempore negligatur. Hinc vetustissimus vates Hesiodus cecinit stultos homines nescire

ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ

Malvae vero cibo esse testatur Horatius, a quo libro I Od. XXXI habemus:

me pascunt olivae,
me cichorea, levesque malvae.

Quare et Columella malvam inter olera recenset dicens:

et malache prono sequitur quae vertice solem

Porro malvam et Asphodelum inter ferales fruges fuisse inter Graecos coniecturam non relinquam, cum ex Porphyrio epigrammata

[Margin notes:]

Fruges l. 50. ... significatione non solum frumenta et leguminibus ... deriver

vocat hoc carmine ... genere gravata

priscus solita simplici gradescere (?) fruges fundens omnia tempora menstrua arandi

Gesn. ... fructum ... Geoponicorum ... declarat ubi ... Κοινὰς ... φέρει.

se iubente Sicilia)

... Iulianus affirmat ... spinam et fabas ... fruges dici, quod frumenta, quia non ... sed siliqua continentur, quod ... apud Al. ... in frumento contineri putat.

…cunt, ut Cinara, Carduus, Lacca, Cirsium, Lappa, Tribulum …

sepulchrale supersit, quo tumulus ita loquens inducit[ur]
Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύρριζον· κόλπῳ
τὸν δεῖνα ἔχω.
Ex qua consuetudine Asphodelo nomen impositum putant
quasi σποδελόν, διὰ τὴν τῶν καιομένων νεκρῶν σποδόν. Ne
tamen quemquam vulgi opinionibus in errorem rapi velle[m]
hominum vanitas censeat, malvam asphodelumque in se[pul-]
crorum tumulis depacta ne mortuis cibus deesset. Ver[i]
similius videtur, quod M. Tullius de sepulchrorum legibus
jicit, ut terra velut parens cibos suppeditare debeat, e[t]
summam frugibus conseri, interno sinu conditis cineribus
cadaveribusque inservientem, ne quis aut vivus, aut mor[tuus]
nobis eandem minuat.
Quae fruges, eadem complectitur fructus, latiusque per la[te]
vagantur. Itaque cum a fruor fruitus et fructus de-
scendant, quocumque fruimur hoc est quidquid a[d]
nostrum commodum utilitatemque convertimus,
omne fructus significatio demonstrat. Quare
Tullius libro qui inscribitur Laelius, amicos, ait, eos p[o-]
tissimum diligunt ex quibus sperant se maxime
fructus esse capturos. Et Terentius in Adelph.
fructi pro labore illis fero. Id servat Tiburtius
Nonius posteritati commendavit: Haec, inquit, si
impetro abs te ut facias, satis fructi cepero
re. Emolumentum quoque quod ex gregibus, armen-
tis, apibusque percipimus, fructus habetur. Ca[to]
igitur cap. praecipit: fructum ovium hac lege ve[ndere]
oportet. M. Varro R. R. II. qui caprinum gregem c[on-]
stituere volt, in eligendo animadvertat oport[et]
primum aetatem, ut ea parte, quae iam ferre possit
fructum. Colum. IX. Cerae fructus quamvis exi-
guus, non tamen omittendus est. Hinc fructua-
ria animalia apud rusticos scriptores maxime u-
surpantur. Parere tradit de sue Varro R. R. II to[t]
oportere porcos, quot mammas habet; sin min[us]
fructuariam idoneam non esse. Longe tamen freque[n-]
tius et crebrius ex iis quae terrae foetu funduntur
fructus sumitur; quod recentes mortales hac[tenus]
et probata ad victum cultumque primitus cap[ie-]
bant. Atque eadem voce tam pro semine quam pr[o]
…cta indiscriminatim fuit usi, ut ostendimus. Ne[c]
tamen hac discrimina miscere et confundere …
Addidere fructibus quicquid ex stirpibus usui e[sse]
bebant. Ideo omnes fundi reditus M. Tullius compl[exus]
ad Atticum libr. II scribit se non plane percipere i[s]
quos sumptus abeunt fructus praediorum. Id ex-
pressius definit Varro, R. R. fructum, inquit, arbi[tror]
esse fundi eum qui ex eo satus nascitur utilis a[d]
aliqua…

61

aliquando ve[l]. Quare (dicam Plinii verbis quae lib. XII sequuntur fructum (in Arabia) iis constat radice, frutice, cortice, succo, lacryma, ligno, surculo, flore, folio, pomo. Quod per partes etiam exsequitur, ut lib. XVI, ubi de subere habemus: cortex tantum in fructu, et de resina: fructum quidam proximo anno ab incisu legi[?]untur. Item: Quoniam astula in fructu est. In quibus malle assula ab assisque astula, nempe ligni fragmentum totum resina refertum de quo idem Plinius lib. XXIX: Alii assulis teda subiectis et subinde interseratis oleo aspersae accendunt.

Ut igitur fructus multifariam sciendarum, id solum extendam botanicis quod ex stirpe natum unum vel plura semina sinu concludit, tubaque donatur. Propterea quae tegmine semina complectuntur, summo aperta, ac tubi piscata, ut castanea, rosa, salvia, stramonia, ficus, Ephedra, a fructu redimenda. His constitutis, inquirere oportet, quot fructus discrimina subeat, et qualia, et quibus signis cognoscenda. Innumerae apparent differentiae, si ad singula respicimus, quoniam natura munera nullis finibus coercentur. Quare generatim determinanda est ex iis quae nobis nota sunt; in quibus tamen nihil firmum, nihil immutabile, nihil certum pollicemur, quoniam etiam in paucis tanta varietas, et discrepantia subest, ut nonnunquam genera a generibus dissimilitudine nullis signis consocianda separentur, verum etiam quae his cognata subiiciantur, ordini et regula se subducant, ut liberam [illegible] nemini iudicium nostrum decantimus quin ad meliora et certiora investiganda, ac continens disponenda et [illegible] et futuram aetatem hortamur; tamen varia [illegible] et tanquam [illegible] scita statuimus, quibus ut indicibus quisque quo latius progredi valeat, ac plura in quibus nos defecimus, conspectarem. Itaque fructica persuasioni indulgentes fructus omnes bifariam distinguimus: quod alii per maturitatem succo affluentes carnosi vinosive dicuntur; alii exsucco [illegible] sicci. Inter carnosos pomum est, quod vocabulum adeo longe et late [illegible] et propagatur, ut non modo fructus cuiusque discriminis omnes contineat, verum etiam aliarum stirpium partes quae affinitate nulla ad fructum vel semen sint referenda, denotet. Propter quod quicumque an scripsit [illegible] ut matura ad edendum sumimus, cerasus pomum vocabat, cum mala, nuces, glandes, ficus, fraga, nova radices, caules, tubera, fungos, olera. Quae in nostris epistolis satis ut nostra

molle, tenerum, ac succo refertum

ecunt, ut Cinara, Carduus, Lacca, Cirsium, Lamna. Tallina [illegible]

fert opinio, sunt confirmata. Nunc alia ex veterum monu-
mentis depromam, ne teratur inaniter demiror. Multo
poni voce colligit Virgilius in Georg. II dum canit:

Iam quae seminibus iactis se sustulit arbos
Tarda venit seris factura nepotibus umbram
Pomaque degenerant, succos oblita priores.

Plura Plinius lib. XVII multiplici foetu arborum a ubertatem [illegible]
~~arbore~~ miratus. Tot, inquit, modis insitam arborem videmus
iuxta villas omnium generum onustam, alio ramo nucibus,
alio baccis, aliunde vite, ficis, piris, punicis, malorumque
generibus. Mortuum pomum est, canente Lucano III et [illegible]

41 Arbutus

arbor ibi niveis uberrima pomis
ardua Hesperiae genitrix [illegible] fontis.
geminque onerata rubentis

Arbutus.
Neque bacca a pomo seiungitur in hoc Colu-
mella carmine

aut Pruni lapidosis obruta pomis
gaudet.

Neque siliqua a Plinio dum de Ceronia libro XIII haec
memorat: Trunco et ipsa fertilis, sed pomo siliqua.
Pomo antecedentis anni circa canis ortum detracto
statim alterum parit. Iam vero Amygdalas nuces quis ad
carnosos fructus retulerit, cum duro operimento carnoso
cogi negantur? Eadem tamen immatura atque acerba
quoniam ob teneritudinem cum cortice eduntur,
habentur poma. Amygdalas tradit Plinius lib. XVII
si ablaventur fossione, florem amittunt. Nec insitas etiam
circumfodere oportet, pinusque ad calida ferre coeperint
poma. At Plinius nucis iuglandis fructum inter po-
ma refert, eundemque exsuccum, ac siccum haec nota
designat. Profecto sed nucleum pomum habet, quod
expressius illa indicant: Solum hoc pomum nempe nucleum
cum compactili operimento natura clausit. Proprie nucleos
etiam Martialis, ut in iisdem epistolis de quibus retuli, et Plinius. Ferula
sed est, Pineas nuces inserit pomis, et oleis modo
largas, spinaeque alba casuum, dum ramulos [illegible] alicuius, po-
ciorum pomis immiscet. Verum quam in Helvetia arte sua
quae tam multa complecteretur, in hac quousque latina con-
~~poma~~ sapa poma colliberis, ~~dat~~ quousque. Ubi fructus carnosos
videfecit liberum vagari sinat, Uvas acinosas magnis
foris molles, et succosi, intus duris, et lignosi, ~~et~~ magni, [illegible]
habebo, si fragum, ~~baccas~~ baccas. Item magni et plures
semina includentia, nobis mala dicentur, ut sunt acini,
vel acina. Itaque [illegible] carnosa, Persica, Pirena, Armeniaca,
Bacca, Cerasa, Zizypha, Corna: At Malapyra, mala, sorba,
Mespila, Cydonea, Aurantia, Citrea, Limonia, Arbutea: Acinos
Uvae et fructus in Solanis, Sambucis, Ebulis, Hederae. A pomis
propter magnitudinem secernenda videntur Cucumis, Citrullus
rerum, Melo, Pepo, Melopepo, Anguria, Colocynthis, quae a
nobis ~~ag~~ Sicyodea dicentur. Quid vero de Punica
fructu dicendum? Si cortex ad acinos rubras dimittam, quod
maturum si in arbore relinquatur, in partes scinditur, ac
ostendens, parenchyma appellabitur, ita ficus, Echedra,
calyx.

Quae et carnosis fructibus nobis cognita memoria succurrunt
sua nota et appellatione satis definita arbitramur. Sequitur

non geminos ligneas cavitas

ab succulentam mollitudinem

nucem asserviant

Carpomela [illegible] ~~[illegible]~~

Caviora, Olica, mandragorae, ceronia, cassiae fistula,
Avicennis, Myrobal.

Anguina, Momordica

6B

... rubat uvida baccas.

ut fructus nomina quorum cura antiquitati non defuit, sua
cuique videmus. Ad caryomela spectat Persicum fructus ab
arbore quod sunt nominatus, ut forma veliqua, de quo Plinius libr. 23
utiliora (inquit) Persica succusque eorum. Columella de Horti
cultu:

Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta
exiguo properant mitescere Persica malo.

Non me terret Salmasius (cui etiam Matthias Gesnerus assen-
titur) corrigentes: exiguo properant mitescere praecoca malo
facitur utique auctor Plinii verbis, quibus de Persicis libr. XV
sic loquitur. Sed Persicorum palma duracinis. Nationum ha-
bent cognomen Gallica et Asiatica. Post autumnum mature-
scunt, aestate praecocia intra XXX annos reperta. de Gallicis
et Asiaticis Persicis haec Columella:

Mihi Plinius potius quam Columella maculis foedatus videtur. nat

Tempestiva madent quae maxima Gallia donat.
Frigoribus pigro veniunt Asiatica foetu.

Cum igitur Gallicum sit tempestivum, et Asiaticum serori-
num incunte hieme maturitatem nactum, cur Plinius de
utroque scribit: post autumnum maturescunt? At-
tendandum et illud aestate quod cum Praecocia copulatur.
Recte nam praecoce dicatur quod per aestatem ad maturi-
tatem venit? Videre itaque sed scripsisse Plinium: na-
tionum habent cognomen Gallica et Asiatica. (Haec) post
autumnum maturescunt (illa) aestate. Praecocia intra
XXX annos reperta. Ita utraque scriptor inter se con-
veniunt. Praecocia itaque iam XXX anni elapsi erant
dum haec commentaretur Plinius, ex quo reperta erant.
VI iam consule Tito Vespasiano scribebat Plinius. Co-
lumella vero Nerone et Claudio imperantibus, de
Seneca a Nerone interfecto mentionem faciens
duobus Persicorum generibus in utroque auctore
compositis, tertium supererat, quod apud Plinium
praecox vocaretur, quodque simili nota in Colu-
mella desiderant, propterea Persica in Praecoca
mutantes. Atqui non esse praecoci dilucide non in-
dicatur, quod properat mitescere?
Caryomelum et Armeniacum de quo Columella libro X:
Sorbique quoque et Armeniaci, atque Persica non minima
est gratia. Plinius libr. XV. necnon ab externa gente Arme-
niaca quae sola et odore commendantur.
Armeniacis cognata Pruna sequuntur, de quibus Ovidius
Metamorph. XIII. Prunaque et pariter redolentia mala canistris
Plinius libr. XXIII. ipsa pruna alvum molliunt. Virg. Ecl. II
Addam cerea pruna, et honos erit huic quoque pomo
Col. XII eodem tempore Corna et pruna anychina, et pruna
sylvestria. Martialis libr. 13 cap. Epigr. 29:

Pruna peregrinae carie rugosa senectae
sume, solent duri solvere ventris onus.

Baccae a caryomelis magnitudine ita separantur, ut se-
parata genera misceantur, quare Pruna sylvestria po-
tius baccis quam caryomelis dabis, cum sint adeo pusilla

...acinis, ut Cinara, Cedrus, bacca, Cirsium, Lanna. Tallina ...

fert opinio, sunt confirmata. Nunc alia ex uerarum mono...

Neque secus Plinius libr. XXIII. siluestrium quidem Prunorum bacca. Eadem de causa tradit libro XX esse mala rubentium baccis similitudine quam malis. Porro de baccis antequam singillatim referam, ea seiungenda sunt quae propter similitudinem hoc nomine appellantur. Etenim galbulos baccas dici apud Plinium libro XVI inuenio: Tripera est et Cupressus; namque bacca eius colliguntur mense ianuario, et maio, et septembri — sed de Cupresso hoc: natura morosa, fructu superuacua, baccis rugosa, folio amara.°° Idem nucleos Iuglandis lib. XXIV baccis addidit: Folia et bacca uel cortex uel succus decocti prosunt contra toxica. Inter baccas etiam ficus exiguas reponentur canente Metamorph. IX Ouidio

Et bicolor Myrtus, et baccis caerula Ficus.

°° Scribonius Largus Comp. CCXXXIII. Cupressus bacca est uino cocta conciliuntur.

Ad baccarum nomen Aristolochiae fructus induci, et sem... acinus in Platano ut Plinius commentabatur, de hoc libro XV: Spongia cogit aliquando luminum causa e Plata... baccis (oleum) fieri aqua et sole macerari, de illo autem libro 25: ferunt paruulas baccas, ut capparis. Neque fo... tibus solum baccarum nomen indulsere ueteres, in aliis etiam similitudinem secuti sunt. Ideo galas in Fago Plinius inter baccas lib. XVI nominat dicens Aquifolia fago: folia tenua ac leuissima populo simile celerrime flauescens et media parte pleraque gignens superiore paruam baccam uiridem, cacumine aculeato. Quod in [illegible] frequentius usurpatur. Ut a Virg. Ecl.

Conchea bacca maris pretio est a corpore pleno

Ut ab Horat. III.

Filius Aesopi detractam ex aure Metellae
Scilicet ut deciens solidum exsorberet, aceto
diluit insignem baccam

ut Epod. VIII.

Nec sit marita quae rotundioribus
onusta baccis ambulet.

ut ab Ouid. Meta. IX

pauitque aetate nitebant
auribus e geminis circum caua tempora baccae

Quanta itaque uerum discrimina baccarum uocabulo continentur propterea persequi interest, ne quis hactenus ocu- lo ad omnia protendat. Circumscribendus est ad amussim modus, et non solum ab alienis de quibus agimus, uerum etiam a cognatis separandum. Quod ueteres deum in- diligenter prospiciunt, societatemque aut dirempturi quae inter baccas atque acinos intercedit, praependent omittunt, ~~[illegible] fructum~~ ~~[illegible]~~ baccam, ~~modo~~ ut acinum baccam dici uidemus. Asparagus fructum pariat, uinosaque semina complectitur; sed fructus acinus, non bacca si uisum Columella de Oliuis munere deum canit:

(in botanicis)

Et bacca Asparagi spinosa prosilit herba.

In Ebulo quoque acinus gignitur, quem bacca nomine occulit Virgilius Ecl. dicens:

Pan deus Arcadiae uenit, quem uidimus ipsi
Sanguineis Ebuli baccis minioque rubentem.

id accepit Columella inter olera canens:

Et rutilas Ebuli creat uvida baccas.

Quis contra non mirabitur in congeneri ejus sambuco acinum fructum a Plinio vocari; nam libr. XXIV de sambuci medicinis haec memorat: acini ejus infirmiores quae vel hedera tingunt capillum. In maxima tamen admiratione hederae fructus venit, quem Plinius libro XXIV modo acinum, modo baccam nuncupatur: hederae, inquit, quam Chrysocarpon appellavimus, baccis aurei coloris exiginti, in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quae cute subierit, per urinam educit Erasistratus. Ejusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactoque in cortica Punici instillaveris dentium dolori a contraria aure.

Nos igitur ut omnis ambiguitas tollatur, fructum fructus carnosum, vinosumve in quo ossiculum sive ligneum putamen semen nucleumque fovet, inter baccas ducemus, acinum vero qui molla semina sine nutrit.

Ex baccis plurimum nobilitatur oleae fructus quae olivam vocant, de qua Plinius L. XV: olivae constant nucleo, oleo, carne, amurca — alia baccis quarum inter ligneum, et octava caro, ut oliuis ca-

(26 Drupa oliva dicitur cum varia fieri coepit. Plinius libr. XII. Oleum omphacium fit olea adhuc alba expressa, deterius est drupa, ita vocant priusquam cibo matura sit, sed tamen colorem mutans. libr. XV Optima autem aetas ad exprimendum inter copiam bonitatemque incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Graeci vero drupetas.)

(Columbas κολυμβάδας. Olea condititia. Plinius libr. XXIII. Columbades sordida ulcera purgant. Columella libr. XII. Quidam unam partem muriae, et duas aceti miscent, eoque iure olivas roseas columbades faciunt.)

Petronius Arb. qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. ~~[illegible]~~ apud Festum. Nam nominantur olivae. Eadem et Olea est: Cato C. 117 Oleas albas quemadmodum condiantur. Oleas albas quam secundum vindemiam uti noles. Celsus l. II: astringunt mala cotonea, olea, myrta, palmula. Varro R. R. I quo fit ut inutile et oleae pravae nascantur. Horatius l. I. sat. II quinquennes oleas est, et silvestria corna. 36

Cerasum alterum genus, de quo Plinius libr. XXIII. Cerasa alvum molliunt, stomacho inutilia. Idem etiam Cerasus dici invenio apud Propertium libr. IV Eleg. II

Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
cernis, ~~[illegible]~~ et aestivo mora rubere die.

Corna item bacca sibi adiungit, quod Virgiliano carmine Aeneidos celebratur: victum infelicem baccas, lapidosaque corna
dant rami.
Neque inhonoratam possidebat Ovid. Metamorph. VIII
condita in liquida corna autumnalia faece.

Quod de fructu Corni quem prorsus maturae infirmitatem foemina vocantur, intelligendum. Nam haec tamen per aestatem baccas protulit.

(Caryotidis) Palmula, Palma, caryota quae vulgo dactylus venit. Palma est fructus, baccis inservitus: Ovid. Metamorph. VIII.

(Scribonius Largus Comp. LXXIV. Caryotarum recentium pruna palmas mediae detracta exteriore cute.)

Hic nasci hic misera est rugosis carica palmis

Varro R. R. II non scitis palmas caryotas in Syria parere, in uvas in Italia non posse? Idem l. I. Nucem Juglandem, et palmulas et ficus Sabinas quanto circumjiciunt, fecundiore uvae. Plin. l. 13: ab his caryotae maxime celebrantur et ciboquidem, sed et succo uberrima. Ex quibus praecipua vina orienti, iniqua capiti, unde poma nomen. Martialis libr. 13 epigr. 27 aurea porrigitur Jani caryota calendis
et latere palma.
Statius l. Silv. I.
Nutantes caryotides cadebant.

Palladius de R. R. libr. XI 7. 12. Cui placet curas agere saeculorum de palmis cogitet conservandis. Hoc igitur mense dactylorum non cerarum, sed nouorum et pinguium recentia ossa debebit obruere.

[illegible], ut Cinara, Carduus, Sarca, Cirsium, Lamina [illegible]

Ziziphus cuius arbor ziziphus. Plinius libro 15: Ziziphus bacca similiora quam malis. Palladius libro V Ziziphus collecta matura in longo vase fictili servantur obstito.

Baccæferas stirpes plurimas fructus cognatione attingunt, ut Celtis, [illegible] Azedarach, [illegible] Lauri, Taxi, Viburnum, Laureolas, Terebinthus.

Ad acinum iam transeamus qua voce fructum parvum succo refertum a ciduis seminibus factum, ut Vitis, Bryonia, Tamni, Asparagi, Hederæ, Sambuci, Ebuli, Solani, Smilaci.

Inter quæ Vitis vinifera acinum proprie sibi vindicat, quæ plurimis in ramusculis digestis uvæ nomen sibi acquirit. Item acina (inquit Cato R. R. CXII) [illegible] Ebulis miscellis decoquito de scoptione. Ovidius Metamorph. VIII, et XIII

er de purpureis collecta vitibus uva

sunt auro similes longis in vitibus uvæ:

sunt et purpureæ

Sed iam maturis nos flagitat anxius uvis

Quintus.

Ex qua similitudine quadam natura dissimilia uvæ appellantur, ut [illegible] de qua Plinius libro 16 c. 27. multæ vero plura gignunt, ut diximus, Laurus, [illegible] inglandiferis; inter quas Laurus uvas suas, magis [illegible] sterilis [illegible] Ignis aliud [illegible]

Idem de Amomo libro 12 cap 13 scribit: Amomi uva in usu esse, et libro [illegible] Porculi alba uvarum in ungeneratis usu [illegible] Sed vero nonne [illegible] etiam densa congesta uva hoc auctore dicentur, hac in libro 27 c. IV [illegible] ut [illegible] in ramulis semen est uvis dependentibus? Quid cum fructu [illegible] Apes? Has tamen longo [illegible] examine congregatas ac [illegible] botryonis modo ab arbore pendent, uvæ nomen [illegible] inventio ut [illegible] Georg. IV. et lentis uvam demittere ramis

a Colum. l. 9 Cum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ [illegible] consederit, animadvertito an totum examen in speciem unius uvæ [illegible] Ab Juvenali lib. 1 Sat XIII.

examenque apium longa consederit uva culmine delubri.

Porro quod uva vocant nempe acinorum ramusculo adhærentium [illegible] vel racemus quoque ac botryo appellatur, nam de Smilace ita loquitur Plinius libro 16 c. 34 Fert racemos labruscæ modo. Virg. II Georg.

Non ego te mensis et diis accepta secundis transierim Rhodia, et tumidis Bumaste, racemis.

Propertius libro IV Eleg. 2.

Prima mihi variat liventibus uva racemis

Plinius libro 16 c. 3 de Hedera: alii densis acinis et grandiori racemis orbem circumactis. Qui eadem similitudine usus in Palmis libro 16 [illegible] modicum caryotas ferentes ad racemum traducit: Palma sola [illegible] esse in spadicibus habet fructum racemis propendentem.

Botryo quidem Græcis a politioribus Latinis non [illegible] tenere usurpatur, Martialis inventio libro 11 Ep. 26 ita ambigue locutus

Nec digna toto se botryone putat.

At Palladius libro III Tit. 33 inter rustica recipit: Ut vitis botryones et albos afferre possit et nigros.

[illegible] Noscere tamen inutile erit uvam antiquitus uitum in Latio appellatam. Hinc M. Cato in rusticis c. 24 quid ut uva erit matura, sit [illegible] neum uinum coctum erit et quem segetem facito uti servetur familia [illegible] cuique, facitoque studeas bene percoctum siccumque legere, et capite [illegible] Hæc lege uinum pendens uenire [illegible]. Plaut. Trinumm. uinum pendens coactum est, vendet putidum. At hoc Vindemia deducta, quod erit in alia transferetur; idem Plinius lib. 15 c. 1 de legendis oliuis: consequens carum uindemia est.

Acinus itaque fructus quem diximus, in [illegible] uite vinifera clade nobilitatus et modo ita inflectitur ut a Columella de Arbor. agens: uarii generis colore, respersum acinis. In aliis etiam stirpibus pari genere enunciatur, ut Plin. l. 21 c. 31: Quos incitat Hedera florem similitudine in duobus [illegible] generis quorum alterum est acini coccinei, granosi [illegible], Halicabum vocant. Libro XV de Sambuco: Sambuci acinos habent nigros [illegible]

col. l. 111 c. 11: ut antiquo uitis apud te acervos uuarum numerosorum millium.

quæ apud Græcos σταφυλὴ dicitur

Cic. 1 Bell. [illegible] si recuperasset uva [illegible] quæ maxima esset in uinea [illegible] magnitudine [illegible] Colum. H. C.

Statius Thebaid. VIII: Ulmus habens uvaria uvas

22 Bryonia inter [illegible] inter uvas fert [illegible] refert Plinius libro 27: c. 1 semen in uva uuis acinis dependens.

2 in Buc. silvestris [illegible] labrusca racemos.

2 Virg. et [illegible] uvibus [illegible] uva racemos

Ovidius Trist. El. VI tempus ut extentis tumeat facit uva racemis

Tertullianus contra Marcion. II. Viticula in quacumque latet ingens corpore botrus

65

pravos humoris senti inficiendo maxime capilli, qui et ipsi aqua decocti manduntur. Libr. XXIV de Visco: quidam commanducatos acinos exspuunt cortices. Modo vero acinus placet: Columella libr. 12 c. 39: acina arida aut vitiosa velliceto. Catullo accesem epigrammate XXVII Acina

carminis legibus

([illegible]) Minister vetuli, puer, Falerni
inger mi calyces amariores
ut lex Postumiae iubet magistrae
ebriosa acina ebriosioris.

Summam maturitatem adeptis acinis atque exsucto nimio humore rugosis factis dicitur passus, et quo uva passa, unde uvas [illegible] Plautus in Poenulo [illegible] ita loquentem: [illegible] cum feceris pro uva passa pensili in quibus pensilis mala

Virg. IV Georg. vel Psythia passos de vite racemos.
Apud Catonem enim de myrti bacca dicitur c. 125 ubi id passa erit.
Passi enim senes dicuntur rugosi, sicuti Lucilius libr. Satyr. IX ut extat apud Nonium: Rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.
Ut grana avantur acini, ita ramis quibus insidunt, scopi et scopiones Columella libr. 12 c. 39: ubi satis corrugata erunt acina, demito et sine scopionibus in dolium conicito. Cap. 43: et modice separatis scopionibus residua intrita folliculorum in dolio serventur. Varro R.R. I quae calcata uva erunt, earum scopi cum folliculis subiciendi sub prelum.
Ex Catone enim c. CXII id [illegible]:
Myrti fructus inter acinos nomen obtinet, diciturque Myrtum. Celsus libr. II adstringunt mala cotonea, oleae, myrta, [illegible] Virg. Georg.
sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus,
et lauri bacas, oleamque, cruentaque myrta.
Idem myrta apud veteres habetur, ut ex Catonis cap. 125: Myrtam nigram arfacito in umbra.
Arceuthis est Juniperi fructus olim baccas appositum a nobis inter acinos relatus Dioscorides libro I de Junipero: ὁ δὲ καρπὸς ἀρκευθὶς [illegible] ἐὰν τις καρύου μέγεθος εὑρίσκεται. ὁ δὲ καρπὸς [illegible] ἰδεῖν, στρογγύλος [illegible] ὑπόπικρος. Ἀρκευθὶς καλούμενος.
Ad 40 Mala nunc transeo et Pyrum ante omnia recensebo qui Pyri arbori est fructus. Horatius Epod. Od. II ut gaudet insitiva decerpens pira. Varro I R.R. condita in sapa condita manere pira Aniciana et sementiva. Cato VII: Pira volema, Aniciana, et sementiva (haec condititia in sapa bona erunt) Tarentina, Mustea, et cucurbitina.
Malum a malo arbore est cognatum fructus genus, de quo Cato c. 7: Mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana. Ovidius Meta. VIII
Prunaque et e patulis redolentia mala canistris.
Malus etiam de fructu dici invenio, hoc Virgilii carmine proposito
Et steriles platani malos gessere valentes.
Quae tamen ad insitas malos possumus referri.
Sed [illegible] historia incuriosius agebatur, multa inter se diversa mali vocabulo complexa est antiquitas. Citreaque mala, Cotoneum, Persicum, Armeniacum, Citreum, Medicum, Punicum quae nunc in proprium genus recepimus, [illegible]. Equidem si Macrobium audiremus, satius erit malum definientes aut malum dici omnis quod foris habeat quod esui est: et durum intus concludat. Propter quod Pruna, Cerasa, baccaeque omnes mali adiicienda. Equidem etiam Mandragora foetum malis annumeratum Plinius dum libr. 24 c. 23 mandragoram ferre mala avellanarum nucum magnitudine prodidit. Quod nos meliora [illegible]

40 Cognatione quadam Arceuthida Cedris qua Plinius libr. 24 c. V Cedrides hoc est fructus cedri, passim sanant. Dioscorides libr. I c. 90: κεδρίδες δὲ καλοῦνται οἱ ἐξ αὐτοῦ καρποί.
Achras dicitur pirum silvestre Dioscorides libr. I: ἡ δὲ ἀχρὰς εἶδος ἐστὶ ἀγρίας ἀπίου βραδέως πεπαινομένη; δύναμιν δὲ ἔχει συντελικοτέραν ἀπίου. Aristoteles de Animal. libr. VIII ἀχράδι πιαίνεται ὗς [illegible]
Ab Et in Aristolochia malum dixere, quod eius fructus rotundus mala [illegible], sed [illegible] terrae ut herba intelligeretur: Plinius libr. XXV inter nobilissimas Aristolochia nomen dedisse gravidis videntur quoniam esset ἀρίστη λεχοῦσαις. Nostri malum terrae vocant. [illegible] Langius Epist. CCXXXVII malum terrae quod Aristolochiam Graeci dicunt.)

cum, ut Cinara, Carduus, Sacca, Circiu, Lavma, Tavlina ...

Nova societatis signa sequentes haud verentur, certa n. cuique principia ac singulis propria ponenda sunt, ac communitatis ... immutanda quoque esse vocabula recte quis concesserit. ... malum ad mali fructum indicandum contrahimus, et proprium uni ... scribimus, quod pluribus commune sursum negabatur. Neque ... cuique pristinae consuetudinis ratio, si regulas quae in ... plioni naturae conspectu ac cognitione exemimus, non desideris, a capro nihilo ... quippe ad plura significanda ... sub malo substituimus, quo multa id genera ... vocis ambiguitate, determinari possent. Sequamur id ... mus.

Coroneum ideoque Cydonium in Cydonia arbore fructum nuncupamus, de quo Plinius libr. 15 c. 11: His proxima amplitudine mala quae vocamus cotonea, et Graeci Cydonea. de eodem Propertius libr. III Eleg. 13:

Illis pomosa fuit decussa Cydonia ramis.

Columella libr. V c. X: Cydonea quorum genera tria sunt, struthea Chrysomelina, mustea

Mespilus fructus arbor Mespilus habetur. Plin. XV c. 20 Malorum piro utrique generi adnumerantur iure Mespila atque sorba. Sorbum accedit. Colum. l. XII. c. XVI. eodem tempore sorba manu lecta curiose in urceolos picatos adiicito. Cato c. V. Sorba in sapa quo uis condere vel siccare, utrilia facias. Martialis libr. 13 ep. 28.

Sorba sumus molles nimium durantia ventres.

Plinius libr. 23 c. 7. Item sorba sicca, naturecantia stomacho, et alvo citae ponunt. Ser. Samonicus: Procedent et nucis quos ... Sapidi castaneas ... scissa nuces et sorba ...

Citreum et Medicum, arta in ... Cripini disciplina nomen ... ideo in Plinii commentariis libr. XIII, et XVI. Leguntur: Citrea contra venenum in uno bibuntur. Citrea grano et propagine ... serv. idem libr. XXVI. Medica autem Graeci vocant patria nomine.

Unedo et apud Graecos Maimaecylon quod Arbutum idemq. non videtur hoc loco esse praetereundum. ne hoc ... Vates celeberrimus I et II Georg.

cum iam glandes atque arbuta sacra

deficerent silvae

dant arbuta silvae

Plinius 15 c. 24 Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni. de eodem erat Ovidius I Metamorph.

Arbuteos fetus, montanaque fraga legebant.

Arbuta sub hiemem quoniam ad maturitatem ... montana fraga tempore nulla renascentia fraga ... separanda. ab Arbutis non sunt separanda.

22 Libr. 20 c. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo et emolliunt alvum. ... earum epithemis oculorum adhibetur, ... imponitur.

... Sicyodea Cucumis et Pepo ... de stirpe quod de fructu dicitur. Plinius libr. 19 c. V. Cucumeres cum magnitudine excesserunt pepones vocantur. Varro R. R. 1. Cucumerem anguinum condito in ... qui voles, nullis cimices accedent. Virg. IV Georg.

et libr. 20 c. 1. Cucumim silvestrem esse diximus ... infra magnitudinem sativi.

tortusque per herbam

cresceret in ventrem Cucumis.

Colum. XI c. III. Cucumis tener, et iucundissimus fit, si, antequam seras, semen eius aqua maceres.

Melones Palladius libr. IV t. IX. Melones suaves efficiuntur, odoratos autem, si eorum semina multis diebus inter rosae folia sicca ... rur. Isidor. Melopepones esse creduntur, de quibus Florentinus Geoponicis: τοὺς δὲ μηλοπέπονας ποιήσεις ῥόδα πνεῖν, ἐὰν τὸ σπέρμα ... κατὰ ... ῥόδων ξηρῶν ἀποθέμενος ...

Vel Parenchymata ... quorum ...

Punicum vel Ovid. Metam. X

quae lento celant sub cortice granum

Punica

sed ... malum cui ... Cato c. 7 ... Mala musta et Punica. Varro R. R. 1. Mala Punica demissa ...

...us Lucilius apud

Roeidium ῥοΐδιον par[vum] punicum. Athenaeus ῥοΐδιον, ῥοΐδιον γέ[ου]τις, ὡς ῥοΐδιον, τὸ ὑποκοριστικόν.
Rimba ῥίμβα magnum punicum. Suidas: ῥίμβαι ῥοιαὶ μεγάλαι.

66

Columella lib. X: Tunc praecox bifera descendit ab arbore ficus.
succis sarcelis in dolio havena. Ovid. Metam. V de Proserpina:
quoniam ieiunia virgo
solverat, et cultis dum simplex errat in hortis
puniceum curva decerpserat arbore pomum
sumptaque pallenti septem de cortice grana
presserat ore suo.
Fici cura subit, de quo diligentius est disserendum. Cum ficus bifariam separetur, in ficum et Caprificum, de utriusque fetu per partes agamus. Ficus genitum partum excuberat, et primus apud Latinos Grossus appellatur, et vulgo fiore di fico. Plinius lib. 13 c. 3 Cruda grossi verrucas et thymos nitro farinaque addita tollunt. Deinde: Grossi illita strumas et omnes collectiones emolliunt. Celsus libro V c. XI de remediis quae concoquant, et emolliunt: Grossi in aqua cocta. Columella libro V c. X Aut si voles ficum quamvis non natura serotinam facere, tunc grossulos priorem fructum decutito. Ita alterum edet, quem in hiemem differt. Quae libro de Arbor. c. XV reperiuntur: At si voles ficum quamvis non natura serotinam facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Idem imitatus Plinius libro XVII c. 27. Fici serotinae fiunt, si prima grossi cum fabae magnitudine excessere, detrahantur. Sed ingenio grossos [illegible] immaturos ficos depravata opinionis [illegible] fecit, et Plinio auctore qui id confirmant, temere dicuntur haec ex libro XV afferentes: Pancarpiae genus arborum post autumnum fimo contegunt, deprehensasque in his hieme grossos quae minore caelo refossa cum arbore atque in vasa remissa novos soles aliosque quam quibus vicere acida tamquam iterum nata accipiunt, et cum ceteri anni flore maturescunt, alieno praecoces anno, in natura vel gelidissimo. Facile discutitur error, si ex veteribus libris redintegrata subiiciantur: Parturum — deprehensasque in his hieme grossos — et cum ceterarum scimus in his hieme grossos — et cum ceterarum flore maturescunt. Quare non cum grossis obiecta sunt fimo arbuscula fici, sed per hiemem strictos innuerat grossos videre, quas aestivo tempore edituri erant. Propterea additum: alieno praecoces anno, ac simul maturescendos ac ceterarum arborum flore emittunt. Siquis tamen adhuc dubius haereat, alia ex Plinii libro XVI facta perpendat: Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta fico, cui folium maximum, umbrosissimumque, et ideo supra id pomum, eidemque serius folium nascitur. Insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri quod pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri ficos sub folio, grossos vero post folium in Helladis ficos sub folio, grossos vero post folium nasci. In quibus alios esse ficos in eadem arbore, alios grossos quis non prospexit, cum fici sub folio nascantur, grossi autem supra folium, nam supra pro post in Plinio grossi autem supra folium, ut fici natura fert. haec ex Theophrasto legendum, ut fici natura fert. haec ex Theo-

quare illa priorem fructum demenda videntur. nam his imprimis quidam quam esset grossus designavat in ovalibus

... cit Cinara, Cydonia, lacca, Cerasium, Laurus, Pastina ...

... concorres haud nascebat. certa n. ...

fructo favemus omnes, apud quem libro de scriptis caus...
haec notantur: διὸ καὶ ὀπίαθεν τῶν φύλλων. πάντα ταῦτα
(ὄλυνθοι namque sive grossi) γίνεται, καὶ ἔνια ὥσπερ τὸ συκ...
ἐκπίπτουσιν. Sed alia alius magis scriptor adducens ...
sistitur Macrobius, qui non solum auctoritate veru...
iam exemplis confirmat grossos appellari ficos quae non
maturescunt. Perpendamus itaque utrorumque testimonia
quoniam Macrobii non confirmatae sententiae nos non ...
cile adscribemus. Primum ex M. Atilio producitur: in
millibus tot ficorum non videbis grossum. Cur amabo?
num quia grossi omnes deiecti grandine sunt, an qu...
hostili manu decussi, an ventibus corrosi, an frig...
pruinisque excussi? Causa sane propter quam in...
tam magno ficeto nullus adesse grossus, erat indica...
da. Anni enim tempus determinare oportebat, quippe
hieme neque grossi, neque fici apparent. Rursus ...
num etiam grossi in arbore ~~de~~ arbore non pendent, se...
fici. Vere demum primo non tantum ficetum, sed ne...
fronde ficus non ostendit. Nihil igitur hoc exemp...
conficit Macrobius non animadvertens etiam in Capri-
fico, ut mox ostendam, primum fructum qui nunqua...
maturescit, grossum vocari. Quapropter M. At...
optimam ficeti qualitatem declarans, nullum grossum
quo ad caprificationem utebantur, in eo agro re...
tiri tradit, quoniam fici fructus suos sine grossis
ope parturiebant. Alterum quod ex eodem Atilio p...
tum est: summas ab alto lacte diffluas grossos.
Responsum ~~cuidam~~ ficitoris videtur, affirmasse ei...
de ficeti de quo agimus, vel ubi qui cuidam pere...
ad caprificandas ficus grossos, respondit: summ...
ab alto (ficeto nempe) lacte diffluas grossos; na...
apud me in ~~tot~~ millibus tot ficorum non videbis g...
sum. Restat tertium quod Posthumi Albini dicitur
fuisse annali primo de Bruto scribentis: ea
causa sese stultum brutumque faciebat, gr...
sulos ex melle edebat. Cum grossi in fico primum ...
si acerbas, quisque grossos immaturos ex melle Brutus edebat, im...
et cruda poma mellea dulcedine condiens, non omnino st...
~~comedendus~~, siquidem longe stultior, ut mea fert ratio, ...
maturas quae melleum saporem servant, melle tangere ...
sit censendus. Sed fracto ac convicto Macrobii iudic...
ad alterum fici partem veniamus, qui ficus Latinis, Graecis σῦκ...
Horatius Epod. 16: suamque pulla ficus ornat arborem. Plinius ...
et eodem genere pomorum ficus amplissima est. Columella l. XII c...
quidam lectis ficis pediculos adimunt. et totam massam ...
minutae fici permiscuerint. ~~...~~
~~...~~. Fici appellatione nonnunquam et
grossi continentur. Horatius Libr. I satyr. II
Et nunc ornabat mensas cum duplice ficu. ...

24) Pl. XV c. XVIII Atrubi (Cato) quodam die in Curiam protocat ex ea
provincia ficum, ostendensque patribus interrogo eos in-
quit, quando hanc putatis demptam putatis ex arbore?
Cum hanc defendit codicum vetustiorum scriptura Hardui-
nus, non animadvertit pomum esse additamentum, cum
hanc pomum nunquam scripsisset Plinius, qui iam de
eadem fico paulo ante dixerat: admonet ex Africa ad
ingens documentum visco pomo. Satis erat ficum
indicanti atque extollenti dicere: quando hanc demptam
putatis ex arbore?

33 Labeo Digest. XXXIII
Tit. VII. Cum dulcia
essent legata, esse
comprensa uvas, fi-
cos, palmas, caricas.

27

Columella A. C. Tanc praecox bifera descendit ab arbore ficus.
A fico ficulus, quo usus Plautus Stich. IV Hoc convivium est
Pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis.
Inter ficulos ~~ficus~~ Cottanae celebrantur. Plinius lib. 13 c. V. In Fico
rum autem caricas, et minores eius generis quae Cottana vocant.
Martialis lib. VII epigramm. LII. Parvaque cum canis venerunt cottana prunis.
Idem l. XIII ep. 26. Haec tibi quae torta venerunt condita meta
Si majora forent, cottana ficus erat.
Aridae sole factae ~~ficus~~ caricae sunt. Plinius lib. 17 c. 19. ~~Caricae~~ Ex
hoc genere sunt, ut discimus, cottana et carica, quaeque conscendenti
navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso venales praedicantis
voce cauneas. M. Tullius divin. II. Cum M. Crassus exercitum Brun
dusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens
cauneas clamabat. Ovidius ~~Meta.~~ ~~viii~~ Fast. I
~~Hic nam, hic natus est~~ ~~[illegible]~~ ~~caricae~~ ~~palmae~~
Quid vult palma sibi, rugosaque carica, dixi.
Sequitur de caprifico ut videamus. Caprifici primus fructus
~~est~~ in ficis grossus. Plinius lib. 23 c. III de caprifico: Cauliculi
~~eius~~ aut grossi eius quam minutissime ad scorpionum ictus e
vino bibuntur. Grossi caprifici inflationes discutiunt
suffitu. Hi grossi apices condunt, et cum tempus advenit,
culicibus replentur. Porro vera in calidioribus locis ut
in Graecia et Calabria ad caprificatione requiruntur.
Alter caprifici fructus, qui tamen non in omnibus gene-
ratur, caprificus est. Columella lib. VI. c. VI Caprifici
arida conteruntur. Plinius lib. 17. c. VII Hyberna caprificus
in aceto cocta, et mira impetigines tollit. cap. 27 Capri-
ficorum maxime laudantur nigrae, et in petrosis, quoniam
frumenta plurima habeant. quoniam ad maturitate trans
eunt.
A carnosis vinosisque fructibus ad siccos sermonem con-
vertamus: quorum formas et discrimina siquis velis
explicare conabitur, frustra laborem impendet. Nos hic
illa tantum ~~in~~ quibus vetustatis cura non defecit recensea-
mus, ~~[illegible]~~ siquid de singulis scriptores dicamus,
do immoratius, ~~[illegible]~~ enarranda discrimina.
Nux ~~[illegible]~~ in siccis fructibus principatum accepit, ut Nux
Iuglans, Pontica, Graeca, Pinea. Fructus est ligneo cortice nu-
cleum includens.
Nux peculiari appellatione de Nuce Iuglande accipitur
ut in Plinii libro XVII c. 25: Inter primas vero (germinat)
Populus, Ulmus, Alnus, Nuces. Quae ex Theophrasto
accepta libro περὶ φυτ. ἱστ. ὑ scribente: ῥ πτελέα ἰτέα
ἐλ. ἀιγ. καρύα. Iuvenalis Lib. II sat. XII.
Annosa si forte nucem deiecerit Eurus

Catullus ~~ep~~ carm. LX
Neu nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amores.
Da nuces pueris iners
Concubine; satis diu
lusisti nucibus.
Persius L. I Sat. I
Et nucibus facimus quaecunque relictis.

Lucilius apud
... inter ficos [illegible]
... lasse grossos A fico ficulus
... videntur.
... quam primus
... propola recenti
... protulit, et pro
... ingeniter
... minores paucos

67

et caunea

Plinius libro XIX. [illegible]
... subacta melle
... recisque grossis, aut
... singulis caricis.

cunt, ut Cinara, Cadcum Lacca ...

Severus Sammonicus Iuglandesque duas nucleum ... intoiniere fiuis.

M. Tullius de Orat. II. Tum ut diceret, siquid vellet, si nucem fregisset
Virg. Ecl. VIII. Mopse novas incide faces: tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces.
Nux autem Iuglans ut refert ex Servio Macrobius Saturn. III) se
cundum nonnullorum opinionem a iuvando et a glande dicta
existimatur. C. Bassus vero refert Iuglandem dictam penitus
ac Iovis glandem. Equidem cum inter nuces et glandes nulla
videatur affinitas, utque Castanea inter glandes longe pr
stet, vectius castanea Iuglans, quam nux diceretur.
Nucula est nux parvula. Plinius libro XVII c. 22. Ruffarum
pillus pinnam prodeuntibus nucedis.
Nux Terentina (nonnulli vulgo scribunt Tarentina) est
gilis putaminis, a terendo quo Sabini, ut scribit Macrobiu
et caeteri Graeci) mollia significant
Mollusca nunc quae propter teneritudinem putamen tempta
Haec et Persica et Basilica nuncupatur quoque
Moracia auctore Titinio apud Festum nux duro putam
nucleum claudens, fortasse quia moram edenti ob durit
praebet, et Moracillum quod in hoc genere parvum
Amygdala eademque Nux Graeca et Thasia Macrobius Sa
Nunc dicendum est quae sit Graeca. Ac simul hoc dicens III. Amygdalam de lance sulit et ostendit, nux Graeca est quae
Amygdala dicitur. Sed et Thasia eadem nux vocatur. Qui
hac aliena immiscentur: nux Graeca est quae Amygdala
dicitur. Cuiusdam expositio est adnotandis in libro ...
Dicitur. Reperit ex Cloatio Macrobius: Nux Graeca
esset Amygdala. Plinius libro XVII c. X. Amygdala in argilla ...
Amygdalae. Plinius libro XVII c. X. Quanquam Amygdalum sapien
meridie spectante seri iubent ... id tamen postrioribus Lat
Palladio in rusticis adhibeatur, id tamen posterioribus La
temere esse attribuendum non opinor. Quin in Plinio sic
Verum Amygdalas, quod quae sequuntur, ad id velata con
mant: serendas, falcatas, mucronatas, teretes distant
Neque suspicione caret Columella libro XII ubi capite s
praecipitur: cum excantaveris siva gim nucleos pineos
quam recentissimos, et Amygdalum adiicito. In ceteris
libris excusis usque ad Gryphium editorem et in Politiani codice
amygdalam, sed amylum legebatur, in nostro calamo exa
utrumque deest. Etenim non amygdalum scripsisset Co
mella sed amygdala, aut amygdalas; quippe unum ...
dam quid embammati conferret. Additum est: Hoc si ...
ad embamma non solum idoneo sed etiam specioso ...
nam est candoris eximii: qui color adeo candore nobi
non ex unico amygdalae nucleo, sed ex amylo facile
potest obtineri. Sed quid prodest libro XII medicin
adhibere, cum ex libro qui de Arboribus inscribitur, ...
rius mutuemur. Ibi habemus: Amygdala si parum ...
racia erunt, per foratam arborem lapidem adigito. Quo
tamen minus facile tollitur per ipsum Columellam libro V ...
hoc modo repetendum: Amygdala si parum feracia erunt, perfo
arbore lapide adigito. Repetendum ex iisdem scripto
reliqua: Pergit Plinius: serendas quam maxime falcatas ...
e novella fimoque diluto maceratas per triduum, aut
pridie quam serantur, aqua mulsa, mucrone defigi ...
lateris in aquilonem spectare: ternas simul serendas
triangulo

Iam opportunum est de huius nuce ...

68 triangula ratione, palmo inter se distantes, denis diebus
adaquari, donec grandescant. At Columella prior scri-
pserat lib. V c. X: ternas nuces in trigonum statuito, ut
nux a nuce minime palmo absit, et anceps ad Favo-
nium spectet. Quae libro de Arbor. c. XXII. paulo ampli-
ficat: ternas nuces in trigonum statuito, parsque acu-
tior inferior sit, quia inde radices mittit, nuxque a
nuce minime palmo absit et anceps ad Favonium
spectet. Quando et tribus erit anceps, duo singula in trigono
statuentur, et cum una tantum ad Favonium convertitur,
ad quam plagam omnes utiliter credit spectare. Quid de
Plinio dicemus? eone favere quo nux germinando in bi-
nas cavitas sequentur, Aquilone excipiat, seu quod non fri-
gus, sed tempore detrimento proveniret? Hac singulis dili-
gentius attendat, et quod germinantis stirpis imbecillitas
requirit, sedulo animadvertat, utrumque auctorem ve-
ro laborare facile cognoscet. Itaque cum certum habe-
amus Plinium ad Columellam dum talia de Amygdalis com-
mentarium, respicere, Favonium in Aquilonem fuisse
conversum adnotare succurrit. Quod non mihi tantum, sed
et aliis quibus haec cognoscendi fuit cura, in suspicio-
nem venisse video. Hac ratione et Columella magna
demitur ambages, cum scriberet acies pro anceps, circa
quod segnitie animi incassum laborant. His positis
nullus alius diligentiae locus relinqueretur, nisi illud
vetera exemplaria diversum ostenderent. Ge-
minine lectum fuit in libro V antiquioribus genimine, prodiret
a Politiano ex codice genimine, et a Gesnero ex Lipsi-
ensi monumento gemmine quod in nostro gemino
spectaretur. Conicio fuisse discrimine, nempe: et nux a
nuce discrimine palmo absit. Propterea vero gemino
respicio, ne a Plinio longius videar aberrare. De qua Columella
Terentina etiam in Amygdalis gignitur.
libro de arbor. c. XXII. Nucem Graecam et Abellanam Teren-
tinam hoc modo facere poteris. Graeca terebro destinaveris
nuces serere, terras minutas in modum semipedis po-
nito, ibique semen ferulae repangito. Excavatum ro-
pangito. Sic ex libro V primus evulgavit Aldus, quod
omnes editores mirabili consensu postea pro-
pagaverunt, cum id olim esset facito, ut codices Poli-
tiani, Lipsiensis, et noster servant, et editiones anti-
quiores recentum. Sed quid semen ferula facito? Non id
ea forma probo, sed litterula immutata, iacito.
Tertium nucum genus primum Abellana, deinde Avellana
Plinius lib. XV c. XXII. Ceteris quidem est solidum ut in A-
vellanis, et ipso nucum genere, quas antea Abellinas patrio
nomine vocabant. In Asiam Graeciamque e Ponto venere,
et ideo Ponticae nuces vocantur.

et in libro de arboribus minima

ut ex antiquissimis vestigiis

MS

Cato 8. Nuces calvas Abellanas Praenestinas, et Graecas, hae facile servantur.

Sed nux Pistacium de quo Plinius lib. XXIII. Pistacia eosdem usus et effectus habent quos pinei nuclei.

Quarto loco nuces Pineae numerantur. Cato XLVIII. Nuces pineas ad eundem modum, nisi tamquam alium, serito. Plinius libro XXIII c. 16: Nuclei nucis Pineae sitim sedant. Columella libr. 12 c. V: tum etiam excorticatis nucleis ipsas nuces pineas vacuas numero quinque vel sex incendunt.

Ad nuces referendi videntur Styracis fructus, cuius cortex dum carnosus, tradit Plinius, ab acerbo amygdala non differt. Nux siccum perpendimus fructum et agro Romano deladem.

Nucibus quoque adiicitur a Plinio Tithymali fructus. Ideo libro 26 c. 8 de Tithymallo scribit: Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur, quod si in nuces recipimus, etiam Ricinus, Ricinoides, Chamaelea, et Staphylodendron non sunt repudianda.

Sed natura non hominum placita sequentibus animadvertere licet, neque corylum, neque Pinum ad nuces pertinere. Nux n. et dicenda et habenda quae cortice ossiculum, et ossiculo nucleum amplectitur. Non reiicienda etiam quae tenerior ligno nucleum servat. At corylus non cortice fructum excipit, sed calyce barbato, Pinus vero squamatis loricis, ac lacunatis nucleum nutrit.

vel cure

Post nuces singulari appellatione notatur fructus siliqua est quae modo fructum significat, ut Horatius 2 Epist. 1 indicat
vivit siliquis et pane secundo

Virg. Georg. 1 Unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis fetus viciae tristisque lupini
sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem.
Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset.

X2 Ciceri, ceteris leguminum longa, et aequa seminis lata, piso cylindracea. Faseolorum cum ipsis manduntur gratis.

ire
Persius Satyr. III. siliquis et grandi pasta polenta.
Varro R. R. 1 Itaque Lupinum cum necdum siliculam coepit, et nonnunquam Fabulia, si ad siliquas non ita pervenerit, ut fabae legere expediat, si ager macilior est, pro stercore inarare solent. Plinius libro XVIII c. XII. siliqua rotunda x

sed lievare
Modo siliqua leguminum putamina esse videntur apud Plinium libr. 16 c. 12: nam siliqua caules gratissimi sunt pabuli pecori. Id palea a Columella vocatur libr. VII c. III de ovis hiberno pabulo agens: necessariae tamen ubi cetera defecerunt, etiam ex leguminibus paleae. Et mox c. IV. praebeas leguminum paleas affatim. A Catone acus dicitur, ut c. 54 dato bubus acus fabaginam.

Corniculum ad siliquas aliosve fructus qui cornua referunt significanda adhibere praestabit. Sic Anagyridis fructum id extulit Plinius libro XXVII c. IV. Anagyris quam aliqui acopon vocant, fruticosa est, gravis odore, flore oleris, semen in corniculis non brevibus gignit, simile renibus.

Folliculus nobis erit fructus amplus, tumens vacua continens et in cavis semina, ut in Cysticapno, in Melianthro, in Colutea, Staphylodendro. Usi sunt veteres pro calyce Columella libro 5 c. 6 de granis: Quoniam folliculum, quo continetur (granum) firmum, et durabile adversus longioris temporis humorem habet: Plinius libro 21 c. 31 de Alkekengi

Quorum

Iam animadvertendum est de fruge agere quod vocabulum apud Latinos tam late patet, quam fructus qui ex agro percipimus, docente Ulpiano (Digest. l. 1. Tit. XVI. De Verb. Signif. n° LXXVII) Frugem pro reditu appellari non solum quod frumentis, aut leguminibus, verum et quod ex vino, silvis caeduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Quae
69 nos non morantur, ea enim inquirimus, et studiose inveniendi cognoscenda proponimus, quae ex flore in propagationem stirpes fundunt. Itaque primum pro frumento appellatam frugem invenio, et ex probatis scriptoribus exempla nobis subiiciam. M. Tullius (libr. de finib. IV) de frumento adeo clare loquitur, dum scribit: non enim quod facit in frugibus natura, ad spicam perduxerit, et libr. de senect. Culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur, e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam, et contra avium minorum morsum munitur vallo aristarum. Columella (libr. II. c. IV) Recidit in hoc genus [illegible]

Reliquae rustici species, nisi siquos multiplex varietas frugum, et inanis delectat gloria, supervacua sunt. Ausonius (in monosyllabis versicula 3)

Ante equidem campis quam spicea surgeret frux

Secundo modo sumitur frugem pro legumine. M. Cato (cap. XXXVII) confirmat [illegible] memorantur: Quae segetem stercorant fruges: lupinum, faba, vicia. Plinius confirmat (libr. XVIII. c. VII) [illegible] Sunt autem duo prima earum (frugum) genera: frumenta, ut triticum, far, hordeum: et legumina, ut faba, cicer. Varro cum illis (cap. XXX) Et quoniam de frugum earumque generibus abunde diximus, egerat autem de frumento, et legumina.

Tertio modo dicitur frux de omni grano quod in hominum animaliumque commodum solo traditur. M. Tullius Tuscul. V. [illegible] ut aut flores aut fruges fundant, aut baccas. Idem (de Legibus libr. I) nec solum ea quae frugibus, atque baccis terrae foetu profunduntur, sed etiam pecudes — (libr. II) certasque fruges, certasque baccas sacerdotes publice libanto. Idem (Verr. V) L. Octavio, et C. Cotta Consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas, et frugum minutarum quas ante ea Quaestores in Sicilia vendere consuevissent, Romae venderent. Quae sunt istae [illegible] minutae fruges, nisi legumina, milium, panicum, sesamum, avena, linum, cannabis? Verum quae de Atheniensium sepulcralibus legibus nobilis auctor commentatur, diligentius attendite: Nam et Athenis iam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permansit, hoc ius terra humandi: quam cum proximi fecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur: solum autem frugibus expiatum, ut vivis redderetur.

Quas igitur fruges in mortuorum tumulis seri solitas memorat, malva est et asphodeles; hae n. serebantur mortuis. Quare Porphyrius, tumulum sic loquentem inducit:

νῶτα μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον
κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω.

Itaque malva et asphodelus fruges, quia in cibum sumebantur. Videamus alios scriptores et Virgilium in Georg. I. [illegible]

Illic officiant laetis ne frugibus herbae

et Plinium a quo (libr. V. c. XIV, et libr. XVIII. c. XXII) extant: cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra — Sequitur huic dilata et maxima indigens cura de tempore fruges serendi quaestio. Itemum (quod ad institutiones nostras quoque spectat) frux arborum fructus habetur; ideoque M. Tullius (libr. de divinat. I) ex veteri poeta hoc carmen refert:

[Margin notes: "ut [illegible] sit, plura in probationem proferam"; "Proponam denique in exemplum [illegible] quae quaestio ista concludatur"; "[illegible] vel argumenta"]

ex Plinio Cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, velut pisum. Iulianus
quod ervo simillimum
ib. ciceris et cicercula, et pisi in modi seminum
amara ut Lupinus.
ex Colum. Cicercula quae piso est similis. Nos modii iugerum implet
L. XI. c. II Cicercula modiis III vel IV serenda
Cicera
ex Columella refertur inter pabula. Harum bubus fresa in hispania
hominibus non inutilis, neque iniucunda, sapore nihil differt a
Cicercula. Colore tantum discernitur, nam est obsoletior, et nigrior
proprior. Seritur IV modiis, nonnunquam tribus, aliquando
ac semodio.

Aphace
seritur vero, sed serotina, Theophr. Hist. L. 8. c. 1.
siliqua in lente et aphaca aliquatenus lata ib. c. V.
in aphaca nascitur velocius secum similis ib. c. VIII.
citius vitiatur aphaca et dolichos ib. c. IX
in aphaca, lente, piso nascuntur vermes sic cauc. l. IV c. III.
Aphaca exiguus frutex. Nascitur in arvis, lente maior, tenui
folio. Siliqua lente maiores, semina terna quaterna, nigriora
colore, lente minora. Diosc. l. II. c. 137.
Semen aphaces non est verendum, sed aliquatenus lateri si
lentibus. Galenus l. 1. de Alim. c. 36.
Plinius l. 27. c. X
Aphaca tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est.
Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt
nigriora, et madidiora Lenticula. Nascitur in arvis.
aphace l. 21 est dens Leonis
Eruilia ibi. 18. c. 7.
Longiora Eruilia et piso (sunt folia)
Ocimum pabulum fit ex faba modiis X: vicia duobus, tantundem
Eruiliae L. 18. c. XV.
semen habet quale in vetia lib. 19. c. III.

Tam vero semper viridis, semperque gravata
Lentiscus nutrit solita grandescere foetu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.
Quae auctoritas (quae sane maxima) etsi ad id quod volumus
confirmandum, satis videatur, apponam et Columellae libro
(III c. XVII) scribentis: qui negat terram esse idoneam frugibus
superiorum patrem materiae, et libr. X
aut aliena stirpe gravatas
mitis adoptatis curvetur frugibus arbos.
etiam fodit
Addat (siquis plura experit) quae de glande lib. IX (.1) sequitur: Nam ut graminibus, ita frugibus roborariis opus habet
maximeque laudantur qui sunt feracissimi quernea glandis
et ilignea, nec minus cerrea. Quibus Iuliani sententia qua apud
veteres iuris peritos (Dig. l. 1. T. 16. de Verbor. sign. n. LXXVII) vero
negantis poma dici fruges, evertitur. Nam cum fructus omnes
qui etiam cuiusvis stirpis pars, quae vel cruda vel cocta manducantur, poma appellantur, non Lentisci bacca quae edules, non
insiti fructus in frucriferis arboribus poma, quae M. Tullius et
Columella fruges nuncupant.

Loca in quibus stirpes nascuntur, aut coluntur suscepto operi necessaria addenda videntur, ne quid contemptu aut negligentia omittam, quo minus botanicorum commodis atque usibus deserviam. Dicam itaque primum de iis quae in villa et circa villam orta sunt, deinde reliqua ordine recto.

Seges est ea pars agri quae aratur ac seritur, quam Cato campum frumentarium appellat. Eadem et arvum dicitur. Utrumque in nostris epistolis tot veterum scriptorum testimoniis confirmavimus, ut quidquam addere supervacaneum censeamus.

Pratum est ager qui ad subsecandum foenum relinquitur, sic appellatum quod semper foenisicio sit paratum. Plinius libr. XVIII. Prata antiqui pa[rata dixere].

Hortus est ea terra sive urbana sive villatica, in qua diligentius quam in segete, coluntur stirpes. Qui modo observarunt eos stirpium vocarunt, modo coronarias stirpes, fruticesque virentes, ac arbusculas topiario opere elaboratas, quas proprie Viridarium vocant. Is vero qui germinantia omnia recipit et nutrit, Botanici nomine celebrarunt.

Hybernacula, et hyberna loca in quibus hyberno tempore stirpes frigoris impatientes custodiuntur.

Hypocaustum locus, in quo successus ignis hybernacula calidiora reddit.

Specularia sunt quibus hybernaculorum fenestrae, atque ostia muniuntur, per quae solis tepor, excluso aere, ad interiora admittitur. Plinius libro XIX.

Vervactum dicitur seges quae cum [illegible] per annum requieverit, ad cultum revocatur, et vere proscinditur. Fit ex vero sive vere nempe tempore, et ea particula quae nominum vocabulorumque vim et significationem intenduntur. Ita vagio vagitus, et aratio apud Catonem, adiectoque ut utrisque scriptura vervacium, demum vervactum. Plinius libro XVIII. Quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Columella libro II. Quae mense Januario vervacta fecimus, nunc ultima parte Martii sunt iteranda. Vervactum [illegible]

Veteretum terra est olim culta et arata, deinde vel in pratum submissa, vel ad pabulationem seposita, vel cultorum ignavia, vel soli ipsius vitio neglecta. Cum vepribus, herbis, fruticibusque denuo aratur, veteretum vocatur, nempe solum iners, ac vetus. Idem mox recte effossum, cultum, et paratum redditum erit novale quia cultura renovatur. Hac de re verbo fit mentio apud Columellam libr. I, II, III, XI, ut nos epistola LIV declaravimus. Et hinc novale, de quo Virgilius Ecl. I.

Impius haec tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes.

ad quae Servius, novalia, inquit, etiam dicuntur, unde silva excisa. Plinius libro 17. Talis (terra) fere est in novalibus, caesa vetere silva, quae consensu laudatur. Columella libr. II. Sed id expediendi rursus agri rationem sequitur cultorum novalium cura. Quae nova terra non statim nomen amittit, sed veteris etiam requieta. Columella libr. VI. Cum ille (agricola) quam maxime subacto, et puro solo gaudeat: hic (pastor) novali graminosoque. Idem libr. II de Lupino serendo: Atque id solum omnium seminum non desiderat requiem in horreo, sive septembri mense ante aequinoctium, seu protinus a calendis Octobris crudis novalibus ingeras. Libr. VII. Sequens autem novalis non solum herbida, sed quae plerumque vidua sunt spinis. Claudianus Panegyr.

Teruas sulcis mollire novales.

Est et novale ea terra quae aliquando requiescit. Nam solum si lautissimum ac maxime pingue, quotannis coli sationi et seminari soleat, restibile dicitur, sin quotannis non seritur, sed intermittitur, habetur novale item. Varro de L. L. IV. ager restibilis qui restituitur, ac reseritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a novando novalis. Idem R. R. I. Illud quoque multum interest in vadis terra, an in ea seras quae quotannis obsita sit quae vocatur restibilis, an in vervacto quae interdum requiescit. Virgilius Georg. I.

Alternis idem tonsas cessare novales
et segnem patiere situ durescere campum.

Columella libro II. Ab hoc vere phaselus terrae mandabitur, licet in vervacto, vel melius pingui et restibili agro. Vinum tamen in vervacto serere oportet, et subeundo in vervacto, quod in codice Lipsiensi, ac nostra subditus inveteravit. Varro R. R. Novalis [illegible] et novale et restibile [illegible] [illegible] ante quam segetes alterna vernone [illegible] noscere etiam interest quia ad terra culta subest veteretum, et primum cultus

(Ita narata discere. Ulpianus Digest. libr. XL Tit. de Verborum significatione: Pratum est in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est, ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.)

(Specularia: Nullo namque fructus vitiis contigit pensiles erant horti, admovebantur in solem rotis olitoribus, rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocabantur. Columella libro XI de eodem: Sed nihilo minus speculariibus integi debebunt ut etiam frigoribus serenis diebus tuto producantur in solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis exhibebatur. Facere hoc carmine etiam in Georgicis primis descripsit:

Aere novo, gelidus canis
cum montibus umor
liquitur, et Zephyro putris se
gleba resolvit.
Depresso incipiat iam tum mihi
taurus aratro
ingemere et sulco attritus
splendescere vomer.

Varro R. R. I. Illud quoque multum interest in vadis terra, an in ea seras quae quotannis obsita sit quae vocatur restibilis, an in vervacto quae interdum requiescit vel siliquis consita.)

(Ovidius Met. l. I
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.)

(Gaius Fistus: libro de Verb. signif. Novalis est terra quae anno cessat, quam Graeci νέαν vocant.)

(... libro XVIII amplectitur Plinius dicens: Horreum intra novale, et in arvo quod restibile vocant. Item: Antimenstruis ubi sementis maturam facere non possis, quicquid eveniet fit restibile.)

... Plinio. Cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, velut pisum. ...
... quod [illegible] simillimum

Cultus autem et cultura a colo descendit, et hoc a κόλω, quod est scindo, caedo; nam terram colere quid aliud quam eandem aratro, vel rastro, sarculo, pala findere atque in partes quam minimas redigere? Itaque cum primum terram [illegible] ut [illegible] aramus proscindere dicunt. R.R. 1. Terram cum primum arant, proscindere appellant. Deinde: secundum [illegible] inter vernum aequinoctium et Vergiliarum exortum hoc fieri — boves terram proscindere. Ovidius Metamorph. VIII.

Suppositoque iugo pondus grave cogit arantem
Ducere, et insuetum ferro proscindere campum.

Virg. Georg. I. At prius ignotum ferro quam scindimus aequor.
Columella libro II. [illegible] et in codicibus [illegible]: Quare antiquissimum est formam huius operis conscribere quam velut sectam sequamur in proscindendis agris [illegible] agricolae. Plinius libro XVIII. [illegible] locis a bruma proscindi arva oportet; frigidioribus ab aequinoctio verno.
Cum proscissam segetem iterum arant, iterare vocant. Plinius libro XVIII. Iustum proscindi sulco vervacti iugerum uno die: iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli; si minus, proscindi semissem, iterari assem. Varro R.R. 1 cum iterum [illegible] offringere dicunt. Columella libro II. Quo tempore cum arari [illegible] diebus interpositis, circa solstitium quod est VI cal. Julias, iterare esse oportebit. Deinde circa septembris calendas tertiari.
Tertia vice, cum solum versamus, tertiare Columella appellat, ut libro II. [illegible] ubi et haec sequuntur: Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur; nam commode proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram satum redigitur quadrante operae. In quibus [illegible] nostra aetate ad antiquam [illegible] revocavimus. Idem auctor libro XI. Quinetiam pro conditione regionis et caeli [illegible]
Lirare Columella quartum arare est, Varroni tertiare; scribit enim: tertio cum arant iacto semine, boves lirare dicuntur, id est cum tabellis ad vomerem [illegible] satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant in fossas, quo pluvialis aqua dilabatur. Ex antiquis editionibus germana [illegible] restituimus; [illegible] Plinius libro XVIII. Hac quoque [illegible] crate dentata, vel tabella aratro adnexa (quod vocant lirare) operiente semina, unde primum appellata delirare.
Sulcus est fossa quam aratrum sulcat. Varro R.R. 1. Qua aratrum vomere lacunam striam facit, sulcus vocatur. Accius apud Nonium: Bene proscissas cogit [illegible] ordine porcas, bidenti ferro rectas deruere. Quod alterum membrum hoc [illegible] carmine [illegible] elucidat:

Quid dicam iacto qui semine comminus arva
Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae.

Columella libro XI. Sed in subacta iam terra latiores porcae sulcantur, quibus [illegible] quare soluta terra [illegible] una opera sulcentur, quae [illegible] operis exigunt. Idem Columella libro II easdem porcas a rusticis liras dici [illegible]. Liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sit aratum est, [illegible] Porca est terra inter sulcos elata. Varro R.R. 1. Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. [illegible] distantis eos medius cumulus [illegible] sedem frumentis praebeat. Credo liras appellari quod bina vel terna lirae sive minores sulci porcam efficiant. [illegible] De agro gracili qui propter glebae exilitatem [illegible] semine [illegible] neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est. [illegible] quid de lira [illegible] haud in dubio relinquitur porcam esse [illegible] sententia appellari. Quod ut plenius cognoscamus, placet [illegible] libro XI de Allii [illegible] haec tradamus; habet enim [illegible] Allium plures cohaerentis spicas [illegible] sunt divisa, liratim seri debent, ut in pulvinis posita minus infestentur [illegible]. Est autem lira similis ei porcae quam in sationibus campestribus rustici faciunt ut uligines vitent. Sed haec in hortis minor est facienda, et per summa [illegible] id est in dorso inter palmaria spatia spicae Ulpici vel Allii [illegible] disponendae sunt. Sulci liratim inter se distent [illegible]. De lira hic auctor memorat, mox in Asparagi cultu [illegible]: Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt — sed in siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tanquam in [illegible] maneant. At uliginosis e contrario in summo porcae dorso collocanda, ne humore nimio laedantur. Haud secus de lira accipienda illa quae libro II [illegible] Columella: Sed quamvis tempestive sementis confecta erit, cavebitur tamen ut patentes liras crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus. Siquis patentes liras sulcos interpretabitur, videat ne falsis se implicet [illegible] veteres de porca [illegible], ac sarculo explanata ne [illegible] aqua [illegible] implicemus. Idem et Festus [illegible] videtur significare, cum sic scribit: Elices sulci aquarii per quos aqua collecta educitur e liris. [illegible]

A0/ Artare et aratrare dicitur cum adulta fruges ad meliores cultus inarantur. Plinius libr. XVIII. Salassi cum subiectos Alpibus depopularentur agros panicum miliumque iam excrescens tentavere. Postquam respuebat natura, inararunt. At illa messes duplicatae docuere quod nunc vocant artrare id est aratrare, ut credo, tunc dictum. Sed in lupini segete frequentius usurpatur.

A Poeno Varro lacunam sive sulcum instriam vocari ait. Arationis differentiam ostendit, qui si a recto decline a lira sive sulco delirare appellarunt. Sed Plinius libro XVIII sariare sive ut in codicibus sarigare dicit: In arando versum peragi, nec strigare in actu spiritus. Videlicet a recto sulco non declinare. Sulcus a ὁλκός. Festus de sulco: quod vocabulum quidam ex Graeco fictum quia illi dicant ὁλκόν.

Sed sulcus etiam fossula dicitur, cum in longum ad digerenda semina effoditur. Plinius libr. XVII. Hic vero [illegible] semen (vitis) monet: Optime in pastinato, proxime in sulco, novissime in scrobe — Sulco latitudo pala satis est. Columella libr. XI. [illegible] semine resinaceis ab aequinoctio autumnali singulariter terrae mandent [illegible] pedalibus spatiis inter se distantibus.
Scrobs vel scrobis. Scrobis est fossa intra terram manu facta ad deponenda semina. Columella libr. V. Sed scrobis clibano similis sit, cuius imum summo patentius est. Plinius libr. XVII. Surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiore. Sed scrobs [illegible] accentu [illegible] ex veteri codice [illegible]
Scrobiculus exiguus scrobis. Columella libr. V. [illegible] facito, ad imum solum praecidito. Libr. V [illegible] non maximos scrobiculos sesquipedem inter se distantes fodere.
Fossula differt a scrobiculo, quippe in longum magis diriguntur. Cato de R.R. [illegible] fossulas facito qua aqua [illegible] dices agri vagi [illegible]
Alveus scrobis magis in longitudine quam in latitudine patens. Plinius libr. XVII. [illegible] (Qui scrobes) ex his longiores fient, ut vites binas accipiant e diverso, alvei vocabuntur.

20) Lumi et Limi, Nonio et Festo auctoribus, sulci curbiores appellantur, quales ad Apri[illegible] aliarumque sationem [illegible]

71

[illegible] de Horto: [illegible] proposito cumulari area glebis [illegible], sicque condescat [illegible]

20) codice et Florentino ubi veliget orandamus. sed latere ad septentrio[nem] [illegible] converso altiore, et de[illegible] quod meridiem [illegible], quo melius hibernis mensibus obliquum solem [illegible] accipiat.

S interiacet pulvinis)

tas et sulcis qui porcas constituunt, quam ex eadem porca aquas in Elices derivari declarat. Etenim pluvia a porcarum dorso in laterales sulcos, et hinc in elices qui oblique per sulcos ducuntur, dilabitur. Porro Nonius Marcellus ab hac quaestione longe recedit. Lira inquit, est fossa recta quae contra
20) agros recendos ducitur, et in qua aliqua terra decurrit.
Area quoque porca habetur. Columella libr. XI. ac circa id. Januarias humus refossa in areas dividitur, quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant, ne qui persecuntur herbas, semina proculcare cogantur: sed potius per semitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent. Strevit id memorat de certis locis: mox bidentibus aequaliter pedessum (solum) disponit, delectis radicibus omnibus. Recipimus libenter ex Beroaldi editione atque ex nostro codice delectis pro deletis. Siquidem a calendis novembris ad febr. calend. assidue versata terra herbas per hieme[m] gignere nequit, [illegible] perennes radices nempe gramina et cognata quae nisi segantur, non deletentur, segete onerat. Palladius libro I. T. XXXIV. Areae faciendae sunt angustiores et longae — Inter areas (si humor consuevit afficere) spatia altiora ipsis areis esse debebunt.
Areola quae cratibus formatis hortis sunt, parva area. Columella de Hort. [illegible] ter circum areolas, et sepe ducitur horti.
libro XI. Tum etiam baccas Lauri et Myrti caeterorumque viridium semina in areolas disserere praecepcrunt. [illegible] ita in areolas dispositorum vestiges. in ex nostro 20
Pulvinus idem ac porca et area. Columella libr. 5 omnis autem generis ramos circa calendas martias in hortis per pulvinos arearum disponere conceserit. Plinius libro XIX de Hortis: terram areis distinguet, easque resupinis pulvinorum toris. Varro R. R. I. Violario in fundo facere non est utile ideo quod necesse est terra [illegible] pulvinos fieri, quos irrigationes, et pluviae tempestates abluunt et agrum faciunt macriorem. Plinius libr. XVIII. Metenda est ea pars quae SS. [illegible] quod inde [illegible]
Pulvinulus id est exiguus pulvinus. Columella libro de Arboribus. Sed tegi runt nunc sed quaecunque in clivis (vinea) erunt posita, ita ablaqueanda sunt, ut a superiore parte secundum codicem labusculi fiant ab inferiore autem pulvinuli altiores excitentur, quo plus aquae limique contineant. Sed qui id asserunt, non Columella sed Aldi aucto[illegible] ducantur: nam Aldus princeps pulvinuli excusit, cum prius adverterit pulli [illegible] codicibus. Politiani, Lipsiani, ac nostro confirmatum. Pulli autem forasse pulvini per contractionem.
Noscere etiam expedit quid sit porculetum, de quo habetur mentio apud Plinium libr. 17. Umbri et Marsi ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia in his quae vocant porculeta. Est autem porculetum quod in utraque segetis extremitate arando relinquitur, ut boves cum de versura [illegible] est, per arato versa, id solum proculcetur. Absoluta aratione, inde decussatim impellitur aratrum, et subigitur, sementisque tempore eodem ordine postea [illegible] segetem, extrema in magnas porcas quae propterea porculeta dicantur, sulcantur. Hac autem porculetorum ratio habetur ubi agri nimia uligine, aut pluvia subsidente [illegible] infestatur; nunc enim extrema altius foduntur, atque effossa humus ad media segetem vehitur, utraque inarato posthabito porculero ad aquas excipiendas et servandas, si fossa ad latera posita [illegible] nimio humore redundant.
Elices sunt sulci magni qui aquarii dici solent, ut ex Columella, et Festo expiscimus, idemque colliquiae vel colliciae appellantur, ex eodem Columella quod Plinius libro XVIII confirmat: in usu est et colliciae interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco quae in fossas aquas deducant. Elices per liras transversae ductae [illegible] sulcos excipientes qui illos aperiuntur.
Est vitium quod aratores in arando committunt dum crudum solum neglegentia intactum [illegible]. Id scamnum [illegible]. Plinius libr. XVIII. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur. Columella libro II. Sedita, necubi crudum solum et immotum relinquat, quod agricola scamnum vocant. [illegible] Eum porro [illegible] averuv, frequenter explorare debet agricola nec tantum visu qui fallitur nonnunquam superfusa terra latentibus scamnis. Sed etiam ad quod referemus? Ad [illegible] proferro, quippe in antiquis editionibus est [illegible], idemque opportuniam in nostro codice Tum. In fodiendo item scamnum fit ut notat idem scriptor: quae faciunt in eodem linea, intermissis totidem [illegible] pedum scamnis, dum peragant ordinem. Necnon in pastinando quoque, praedente eodem columella: necubi scamna omittantur. 00
Glaba, est grandis terrae portio quae ex arato praecipue dum solum induratum proscinditur, excitatur. Itaque olim melius scribebatur claua, unde vocis origo patet a [illegible] frango, atque dix [illegible] terra, in [illegible] ut quod [illegible] [illegible], quare glaba [illegible] pars de terra avulsa, vel effracta a glaba [illegible] deducitur. quo [illegible] Columella.

00 Plinius libr. XVII. male pastinato derelinquunt scamna inaequalia.

ut Plinio Ciceracula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, uelut pisum. Dulcissim[illegible] quod ervo simillimum

22 Quare ipsum sic reddi- mus: reprendus: Vites nouellas fodere, aut arare, et postea occare ne sit glaba dura. Quod ita occidunt, occare dictum. Id et paulo ante commemorauit Varro ut ex antiquis libris accepimus.

Occare et occatio dicitur cum glaba confringitur et comminuitur. Varro lib. I. Vineas nouellas fodere, aut arare, et postea occare id est comminuere, ne sit glaba; Quod ita occidunt, occare dicunt. Quae ad antiquam formam sunt reu[o]canda; nam primum illud id est comminuere est occationis interpretatio antiquus in margine posita. Hoc ex antiquis excusis libris deducitur facile ubi legitur: et deinde comminuere quod est: et postea occare. Sed manifestius ex nostris codicibus Politiani, Sanctae Reparatae, et Laurentianae bibliothecae: et postea comminuere, nempe et postea occare. [illegible] nonnulli postea (nempe post sarriendi arva) qui segetes non [illegible] latas habent (ut Apulia) et id genus pradi per sartores occare solent, siqua in nouis grandiores relictae sunt glebae. Ante id verosimiliter et hoc est enim repudiarunt ab Aldo quod in nostris anterioribus editionibus, in codicibus Politiani, S. Reparatae, et Bedoba Laurentianis legitur, quo ostendit Varro non solum post arationem occari uineas ut uidimus: uites nouellas — sed etiam segetes, ubi non sunt lata et magna. Festus: occare et occatorem Verrius putat dictum ab occaedendo quod caedat grandis terrae globos (an glebas) cum cicero uenustissime dictas ab occaecando fruges satas. Itaque grandes glebae uel sarculo comminuuntur, uel inducta in minores ut in nouis, rastris.

Pastinatio et pastinare cum atrius ad excipienda gramina radicesque solum fodiri dicuntur. [Pastinarius] Columella libro III. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum demum pastinatione suscipiemus. Cuius autem ratio cum Italici generis futuris agricolis tum etiam prouincialibus tradenda est, cum in longinquis ac remotis fere regionibus istud genus uertendi et subigendi agri minime usurparur. Si istud fere quod in [codice] et Politiani, ac etiam nostro inuenitur, repetendo et excuremus usurpatum, quod codice usurpatus uidit Politianus, in nostro autem habemus usurparum, animaduerto, coniicio fere fuisse furtum nempe: ac remotis ferme regionibus istud genus —— minime usurpatum

AB Ad eram non expedit instituere uineta — ideo non est uineis aptum uix etiam arbusto. M. Tullius I de leg. Agr. Iugera CCC ubi institui uinea possunt. Quintilianus libr. I. Cur non idem suademus agricolis, ne arua simul et uineta, oleas, et arbusta colant? Virgilius Georg. Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem — Optima uineis satio — Hinc omnis largo pubescit uinea foetu.

Incile, et incilia Locus e terra effossus ad aquam excipiendam, limum seruandum ut saepe secus flumina ac torrentes fluctus occurrit. Ulpianus Digest. libr. XLIII. Tit. XXI. Incile est locus depressus ad latus fluminis ex eo dictus quod incidatur; inciditur enim lapis uel terra, ut primum aqua ex flumine agi possit. Columella libr. V. ut a superiore parte stolea in cliuo est, incilia excitentur, quae limosam aquam ad codicem deducant. Quod hoc libro incile appellat Columella, [illi]de arboribus lacusculum uocat, de quibus sic praecipiendo: Sed quae tamquam in cliuis erunt positae, ita ablaqueandae sunt, ut a superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem pulu[i]niores excitentur, quo plus aquae limique contineant. Plinius libr. XV[III] incilia aperire, aquam de agro pellere.

Vinetum, Vinea uinea campus uitibus consitus, quae siccis adminiculis coluntur. Columella libr. III [illegible]

Vinea stans cum uites sine palis uel ridicis tanquam arbuscula indurata stant. Columella libr. V. Vinearum prouincialium plura genera esse comperi. Sed ex his quas ego cognoui; maxime probantur uelut arbuscula breui crure sine adminiculo per se stantes. Paucioribus Plinius libr. XVII hoc uinea genus indicat, dicens per se uite subiecta. Varro R. R. I. Refert quod genus uinea sit; nam sunt multae species eius: alia enim humiles, ac sine ridicis.

Vinea strata cuius uites sine adminiculo humo procumbant. De hac Columella libr. IV. Ultima est conditio stratarum uitium, quae ab enata stirpe confestim uelut proiecta per humum porriguntur. Porriora in his antiqua proiectae et porriguntur quae Aldina proiecta et porriguntur ducimus. Haec uinea ut scribit Plinius libr. XVII, sparsis per terram palmitibus.

Vinea capitata est uinea stans per se, cui circa caput summum ita detonditur ut breues custodes aut furunculi etiam tantum reseruantur. Columella libr. In ea deinde uinea quam capitatam dicimus, iuxta ipsam matrem usque ad caput sarmentum detrahitur, una aut altera tantummodo gemma relicta.

Vinea brachiata eadem stans quae in ramos siue brachia ordinatur. Columella de utraque capitata nimirum et brachiata uinea specie hac libr. V memoriae prodidit: cum deinde robur accepit, et iam sine adiumento consistere ualet, aut capitis, aut brachiorum incrementis adolescit; nam duae species huiusque culturae sunt, alii capitatas uineas, alii brachiatas magis probant. Quibus cordi est in brachia uitem componere, conueniet summa parte quae cisa nouella uitis est, quicquid iuxta cicatricem eruperint, conseruari et in quattuor brachia pedalis mensurae diuidere. Quae tamen emendata exstitisse putemus; idemque tum ut quae ante summa ex nostro codice secuti excimus cum sarmentas ospinari, deinde pro Aldino citauerit quod in antiquis est [illegible]

uerit, in nostro exemplo curauit, omnia ostium Politianus putauerint
apposuimus, quo quae per putationem purgauerint, significaretur. Qua
re et Plinius lib. XVII. neque ante LX mensem (uites) falce putari.

Vinea cantheriata est qua uites pedaminibus adnixa, et cantheriis firma-
tae singulis iugis imponuntur. Columella lib. V Vites quae pedaminibus
adnixa singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant. Pli-
nius lib. XVII. Haec simplici iugo constat porrecto ordine quem cantherium
appellant.

Cantherius, et cantheriolus parvus cantherius simplex in iugo ad dirigendas
materias per transuersas uelicas uel arundines ordo. Columella lib.
IV. arundines binas singulis iugis applicabimus, aut, si regionis conditio
permittit, uetera deponemus hastilia, quibus adnectuntur singula trans-
uersa pertica in unam partem ordinis. Quod genus iugi cantherium uo-
cant rustici. Sed qua ratione illa uetera deponemus, quae in Politiani
codice sunt decem prius uel de ueteribus; in Lipsiensi: de ueteribus
in nostro: de ueteribus prius; in primis excusis libris: deponemus, sunt
accipienda? Potius haberem: de uepribus, nempe: de uepribus (lecta)
hastilia (applicabimus; id in nouellis uitibus pedandis uulgo fieri con-
sueuit. Porro Columella: is, ut dixi, cantherius pronus a terra
quae uitibus ordinariis, submittendus est. Libro XI. Deinde cum feceris
caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis, pigore stilorum con-
seruato; nam nisi arundines transuersas in modum iugata uineae
crebras disposueris, statim capitatae uentis prosternuntur. Quae Aldi-
nis uitiis purgata attulimus. Verum et ista purganda: arundinibus
humiles cantherii fiunt, iisque uirga transuersa imponuntur, et uirgis
sarmenta supra iaciuntur. Namque iisque — transuersa imponun-
tur, quorum nullum in antiquioribus libris uestigium, ex Aldi uinea ac-
cessit. Quare germana uidentur: — fiunt, uirgaque, et uirgis sarmenta
supra iaciuntur. Sed quo editi primi libri carent, ex nostro codice
uirga apposita. Plinius lib. XVII. Simplici iugo constat porrecto ordine quem cantherium appellant.
ex quo iugata uitica, cum uitis per cantherium in fruticetur.
~~[illegible]~~ Columella lib. IV. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ staturminibus deinde firmiora iuga sunt illiganda, eaque
uel salignis perticis, uel compluribus quasi fasciculis arundinum
connectuntur. — Pertica iugum firmius minusque onerosum est. Quae

— Verum stabilius iugum est uineae et onori ferendo aptius, et fructui fouendo sua excultaque parte iugo deuincta pali sarmento uelut ancoris quibusdam sustinetur.

ex antiquis. Varro R. R. I. iuga quae transuersa iunguntur.

Vinea Characata cuius uites (ut scribit Columella lib. IV) defissis arundi-
nibus circummunita per statumina calamorum materiis ligatis in or-
biculos gyrosque flectuntur: eas nonnulli Characatas uocant. Quibus
Altinum circummunita dempsimus, antiquo circummunita restituto.
Characata uinea nomen seruant ad hoc tempus rustici, nam uigna
caraciata, et id opus caraciare, et palus uel pertica quae adhibe-
tur, ex Graeco χάραξ caraccio appellant.

Complauium dicitur flagellorum ordo qua tectorum more deorsum flectuntur.
Columella lib. IV. Atque ubi duae materiae per unam partem iugi mitten-
tur, in ea pertica interueniat, diuemptaeque palma per iugorum com-
pluuia decurrant, et, uelut mersa cacuminibus in terram despiciant.
Ita purgata ponimus; in Aldinis enim, ut media pro in ea mittat, est
illo diuectaque loco diuemptaeque (quod ante Aldum formis excusum)
improba sententia extitit.

Vinea a compluuio compluuiata Plinius lib. XVII. Vinea compluuiata
copiosior uino est. dicta a cauis aedium compluuiis. Idem tradit hanc
uineam quadruplici iugo fieri. Varro R. R. I Iugatio compluuiata in
longitudinem et latitudinem iugata.

Pagina dicitur, cum in compluuiis in alterna parte iugum, et compluuium, ut
uinitori ad colendas uites spatia relinquatur. Plinius lib. XVII. Semper
uero quintanis seminari, hoc est in quinto quoque palo singula iugo pa-
gina includantur, rectius. At quid seminari? Non longe melius, ut Parma

et Plinio. Cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, velut pisum. [illegible]

olim excussum videmus semitatim, unde semitarius et semitatim.

Vinea pinalis quae palos habet. Varro apud Nonium: Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, pinalis dici?

Plinius libr. XIV. In pergulis vero seruntur (vites) escariae e duracinis.

Pergula est sata compluviorum dispositio, dum materia circumundique ad [illegible] virorum digeruntur. Columella libr. IV. Ut una vitis octo serviat palmitibus, nisi admodum nimia ubertas pluris postulabit. Jam enim pergulae magis quam vineae figuram obtinet, quae supra hunc modum materiis distenditur. Libr. XI. Singula pergula vitium generosarum a putatoribus velitis sub[illegible]

Vinculum, vimen, vitilia, vetinaculum materia quibus stirpes vinciuntur. Columella libr. IV. Vinculi genus quale sit quo religantur semina, plurimum refert. — [illegible] seu curva vetinacula in jugum (vitis) perducenda. Virgilius Georg. I.

Atque Amerina parant lentae vetinacula viti.

Ovidius Metamorph. VI. agrestes illic fruticosa legebant

Vimina cum iuncis.

Plinius libr. XXIV. non multum a salice vitilium usu distat vitex.

Statumen, pedamentum, pedamen, adminiculum, sudes quicquid ad fulciendas [illegible]pes adhibetur.

20) quae diximus: aut vidica e robore, oleagina aut si non sint, pali e juniparo, cupresso, laburno, sabuco.

Palus pedamen teres. Columella libr. IV. Quod genus (ridica) fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus. Plinius libr. XVII. Pedamenta optima quae diximus. Ridica adminiculum per longum scissum. Columella libr. IV. Cui stabiliendae melior est ridica palo, neque ea qualibet; nam est praecipua cuneis fissa olea — Etenim taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrabunt. Varro R. R. I. Pedamentum item fere quatuor generum: unum robustum, quod optimum solet afferri in viniam e quercu ac iuniparo, et vocatur ridica.

20 Plinius libr. XVI ex [illegible] celebrat. Utraque autem (cupressus) imminuitur in perticas, asserasque, amputatione variorum, qui XIII anno denariis singulis [illegible]

Pertica palus longus praecipue ex salice, ac populo. Columella libr. IV. Atque hae (salices) vel cacuminibus, vel taleis deponuntur. Pertica cacuminum modicae plenitudinis. Varro R. R. I. Alterum palus e pertica.[20] Pertica item arundine. Columella libr. IV. Bulbus (arundinis) sesquipedaneis intervallis spatiis obrutus anno celerius maturas perticas praebet.

Rumpotinetum, arbustum rumpotinum, et Gallicum fit ex humilibus arboribus quibus maritantur vites. Columella libr. V. Est alterum genus arbusti Gallici quod vocatur rumpotinum. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam — Nam fere ita constitutum rumpotinetum animadverti. Plinius libr. X[illegible]

14) Idem Plinius libr. XVIII Rumpotinas alias arbores recenset cum Opulo: Transpadana Italia praeter supra dictas, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino quercu arbustat agros. In quibus populo mariti [illegible] vitium [illegible] opulo.

ad Opulum oradacis, quod arboris genus in rumpotineto praecipuum [illegible] vimus: Rumpotinus vocatur et alio nomine Opulus arbor Italiae Padi transgressis, cuius tabulata in orbem patula vestiunt. Libr. XXIV. Rumpotinum arborem demonstravimus inter arbusta.[20] Virgilius Ecl. II.

resonant arbusta cicadis.

20) in modum damnata Saserna patris filioquesitum celebrata Scrofae vel [illegible] rusticissimis post Catone peritissimisque, ac ne a Scrofa quidem nisi Italiae concessa

Arbustum Italicum altius attollitur, et per plura tabulata ordinatur. agit primum Columella libr. V sic incipiens: Qui volet frequens et [illegible] arbustum paribus spatiis fructuosumque habere. Cuius rationem [illegible] conclusit dicens: Atque hac de Italico arbusto satis praecepimus. Quoniam igitur vites in hoc arbusticio genere sublimius per arbores [illegible] ponuntur, et longius a terra fructum pariunt, ad respicit facere [illegible] lineae dictum quod libr. XIV memorat Plinius: miratum, inquit, altitudinem earum (vitium) Ariciae ferunt legatum regis Pyrrhi lineam facere [illegible] in austeriorem gustu vini, merito matre eius pendere in tam alta cruce. Ita hoc arbusto loquitur libr. XVII. Sequitur, inquit, arbusti ratio [illegible]

Vitiarium ubi malleoli ponuntur ut viviradices fiant. Varro R. R. I. Ideo in vinea primitus quom arescit vitis, tota resicari solet. Columella libr. III. Sed genus surculi probatissimum domi conservat, faciatque vitiarium.

00. Servilianus de Palis: et amoenum supra Alcionii pometum, et [illegible] roseturn.

Arundinetum ubi seruntur et coluntur Arundines. Cato: Ibi cacumina [illegible]forum seritio, et arundinetum. Plinius libr. X minores Halcyones in [illegible]dinetis canunt.

Seminarium ubi semina seruntur.

Ulmarium Ulmorum seminarium, ubi samera humatur. Plinius libr. XVI. [illegible] ex arearum venis post annum in ulmaria.

Plinius libr. XXI. Rosaria a favonio fossa oportet esse, iterumque solstitio.)

Rosarium et rosetum ubi rosa coluntur. Columella libr. XI. Rosaria severint pedessum et cultum habere iam tempus est. Virgilius Ecl. V.

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis. Apud Priscianum vero [illegible] legimus

Plinius libr. XXXIV. Serimus arbusta: ponimus pomaria)

Seneca epist. CCXXII.

Pomarium, pometum campus pomis consitus. M. Tullius de Senect. Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis et arbustis res rustica laeta sunt, sed hortis etiam et pomariis. Horatius I. Od. I. et uda mobilibus pomaria rivis. Licet pomaria in summis turribus serunt.

Priscianus quoque libro IV memorat Pomaria

Ovidius Metamorph. IV. Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Moenibus.

7 B

Palladius R.R. Lib. I. Tit. XXXVI. Longe ab hortis, vineis, atque pomariis.

Coronarium et topiarium opus, quod est herbis ac fruticibus in certam figuram efformatis compositum. Plinius lib. XV. Ramos spargit a radice dodrantales topiari et coronarii operis.

Pomarium etiam id atque Oporotheca ubi poma servantur. Plinius lib. XV. In universum vero de pomis servandis praecipitur: pomaria in loco frigido, ac sicco contabulari. Varro R.R. I de pomis: Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem uti fenestras habeant, atque uti ~~co~~ perflentur, curant.

Violarium ubi Viola. Virgilius Georg. IV. Irriguumque bibant violaria fontem.
Ovidius Fast. IV. Ille legit calthas, huic sunt violaria curae.
Varro R.R. I. Violaria in fundo facere non est utile.

Granarium, horreum ubi fruges reponuntur. Varro R.R. III neque in granaria. Lib. I. Triticum condi oportet in granaria sublimia. Porro messim videns. id nunc granaria lacos. M. Tullius in Rull. Illi sicus sat. v Capuae cellam, atque horreum agri Campani voluerunt.[2a] Virgilius Georg. I
Illius immensae ruperunt horrea messes.

Plinius lib. XVIII. Alibi contra suspendunt granaria lignea columnis. (a) Plinius lib. XVIII. Horrea operose tripedali crassitudine parietis lateritio aedificari iubent aliqui.) Id apud Priscianum commemoratur)

Virgetum ubi virga vel nascuntur, vel coluntur. M. Tullius II de Legib. Sacerdotes vineta, virgetaque, et salutem populi auguranto.

Quercetum ubi quercus plurima. Varro R.R. I. Si enim ad limitem quercetum habes, non possis recte secundum eam silvam serere Oleam. Horatius lib. II. Carm. Od. IX. querceta Gargani laborant.

Rubetum ubi Rubi. Ovidius Metamorph. XII.
Cornaque, et in duris haerentia mora rubetis.

Lauretum Laurorum silva. Plinius lib. XV. Quando Lauretum in Aventino vocatur ubi silva Lauri fuit.

Cannabetum ubi coli solitus cannabis. Vetus inscriptio apud Gruterum: usque ad cannabetum huic area cedet.

Coryletum, et Nucetum, Ubi Coryli multa. Statius lib. I Silv. VI.
Quicquid nobile Ponticis nucetis
Fecundis cadit, aut iugis Idumes.
Ovidius Fast. II. Illa modo in silvis inter coryleta iacebat. R

Tertullianus: et in coelestibus nucera praesumpsit. Coryletum ita memorat Priscianus lib. IV)

Buxetum Buxi nemus. Martialis lib. V Epigr. XI.
Non otiosis ordinata myrtetis
viduaque platano, tonsilique buxeto
ingrata lati spatia detinet campi.

Carectum ubi Carices. Virgilius ~~Geo~~ Ecl. III. Tu post carecta latebas.
Columella lib. VI. ~~nam~~ ~~melt~~ melius nemoribus herbidis et frutectis, et carectis, quia lapidosis locis durantur ungulae. Extrema: durantur ungula ... ostendimus; qui sint in montanis, non inter carices, et herbida nemora durantur ungula. Sed Columellae de pastu bubus apto aptius manifestum, id et Palladio R.R. IV Tit. XI ostendere: quia melius frutetis, et his herba internascente saturantur. Propter quod potiora habebant saturantur iuvenca. ~~Martial~~ Gesnerus hoc sine mora non dimisit; melius, inquit, durant iuvencula, cum Columella de cibo, non de proventu de incremento, non de vitulis, praeterea de cibo, non de proventu
pitare loquatur.

Palmetum ubi Palmae. Plinius lib. V Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam — ~~Colonia~~ circa vestigia habitari quondam soli vinearum, palmetorumque reliquias.

Ubi fama extare)

Pinetum Pineto Πιτύινον. Plinius lib. XXVII. Chrysolachanum in pineto lactucae simile nascitur.

Populetum αἰγείρων locus Populis consitus. Plinius lib. XIV. Antea Caecubo erat generositas celeberrima palustribus populetis.

Castanetum Castaneto ubi Castaneae multae consitae. Columella lib. IV Propter quae saepe novella castaneta calvescunt.

Cupressetum ubi Cupressi multi. M. Tullius de Leg. I. In cupressetis Gnosiorum, et spatiis silvestribus crebro insistens, interdum acquiescens de institutis rerum publicarum, et de optimis legibus disputat.

ex Plinio Cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, velut pisum. ...

Ficetum, ubi ficus Varro R. R. I. Quare e terra potius in seminario surculos de ficeto quam grana de fico demittit obruere. Plinius lib. XV. Seleucia ciceris ... Ficus permittitur. Ficana a Palladio R. R. IV dicitur. Aliqui in ficanas caprifici arborem serunt.

(Uti in locis frigidis ficeta fieri non possint —.)

Filicetum ubi filices abundant. Columella libr. II. Iunceta sit, an graminetum ... rus ac filictis.

Salictum ubi salices. M. Tullius I. de Div. Nam nec visus sum homo pulcher per amoena salicta. Varro R. R. I. Idoneus locus eligendus, ubi faciat salictum. Ovidius Metamorph. V.

Cana salicta dabant.

Metamorph. XI. Juncta palus huic est densis obsessa salictis.

Juvenalis libr. I sat. XI. Necnondum ausus virgas movere salicis.

(et virgas raptare)

Myrtetum Myrtorum nemus. Virgilius Georg. I. Littora myrtetis laetissima.

(AA et Myrteta quae nosetur. ex Plauti Vidularia profetur: nescio quis servus e myrteta prosiluit.)

Juncetum AA Varro R. R. I. ~~vestes faciunt ex iunctis~~, ~~unde~~ quod ~~vocant~~ ~~iuncetum~~ — Nam primum genus quod dixi, maxime quaerit salicta, secundum arundineta, tertium iunceta.

Olivetum Olivetum ἐλαιών. Festus: Graculi quod ex olivetis cubitum se recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. M. Tullius I. de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum olivetorumque specie dicam? Horatius libr. II. Od. XV

tum violaria et
Myrtus, et omnis copia narium
Spargent olivetis odorem
Fertilibus domino priori.

(AB quod ita Priscianus ab interitu vindicavit.)
(AC. Seneca de ira: Quid si mireris spineta sentesque non utili aliqua fruge complexi.)

Spinetum ubi spina. Virgilius Ecl. III.

nunc virides etiam occultant spineta lacertos.
Plinius libr. X spinetis enim se scabendi causa ~~atterens~~ nidos eius dissipat. AC

Aesculetum Aesculorum silva. Horatius libr. I. carm. XXII.

quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit aesculetis

(AB Val. Caro in Rime Tanenius et maltre nascis cannae libellis ... silvarum formosis arva ... Non fancas viridas arbores nuclecta contemptis ... Sacratis ... ramos inflammatis ... Tavril. ... regule ... in corpore vitam.)

AB Viretum, Viridarium locus viridarius. Suetonius de Tiberio: Militem praetorianum ob subreptum e viridario pavonem capite puniit. Plinius libr. XVIII. Huius spatiis viridariis piscinas iuvat habere majores. Virgilius Aeneid. VI.

20 Devenere locos laetos, et amoena vireta

Frutetum fruticibus locus frequens Plinius libr. XIV de convolvulo loqui: nascens per fruteta nullo odore, nec crocis intus. Columella libr. II. Filictis aliisve frutetis impeditus.

Ovidius Metamorph. V. Vepretum, dumetum, vepres. M. Tullius Tusc. V. saeptum undique et vestitum vepribus, et dumetis indagavi sepulchrum. Virgilius Georg.

(Aut leporis qui vepre latens hostilia cauis ora canum.)

Sparsi rorabant sanguine vepres.

(Horatius I Epist. XVII.)

Statius libr. V Tot veprum, nemorumque moras.

(Cornua vepres et pruna ferant.)

Columella libr. IV Fluminum ripis, et limitibus, ac vepretis committitur quam mediis agris deponitur.

(Plinius libr. XXI. In vepretis nascitur cyclaminus.)

Vepreculae sepes spinis obsita. M. Tullius Pro Sest. Ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempublicam conaretur arrodere.

(Seneca Trag. Herc. fur. ...)

Vespices frutecta densa a similitudine vestis, ut tradit Festus

(... aspera ... Gallis ... vireberis.)

Platanon Graecorum more Platani nemus. Vitruvius libr. V. Silva, aut platanones. Martialis libr. III epigr. XIX. Proxima centenis ostenditur ursa columnis Exornant fictae qua platanona ferae.

Foenile locus ubi servatur foenum. Virgilius Georg. III.

Nec tota claudas foenilia bruma.

Columella libr. I. Pars autem fructuaria dividitur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque. Plinius libro XVIII. ... re florem ex foenilibus. etiam seri faba

~~Fabale~~ locus fabis consitus. Tertullianus de Anima: Pythagoras vero ne per fabalia quidem transcendere discipulis suis tradidit. Item Fabae stipula: Columella L. II Malle se maturo fabalia, quam trimestrem ...

(14)

74 Itaque tanta nunc nullo habito delectu, ex hominibus congeruntur vocabula, eodemq. honore Joannesfortius, Raius, Sherardus, Hermannus, Rivinus, Commelina, Caesalpinus ac vilissimus Plukenetius afficiuntur, ut non ordine seriemq. stirpium in libris spectes, sed ranocchie colluviem per censorias tabulas digestam legas.

Ad ea quorum crebro in nominandis stirpibus usus habetur, ex similitudine efformata multo accedunt, ceu Astragaloides, Capnoides, Nymphoides, Sesamoides, Aristolochioides, Conyzoides, Scorpioides, Tithymalloides, et Veronicoides genus ex Veronica forma a nobis constitutum, quod Michaelius Florentinus Bonarotam nuncupari maluit. Quae quidem vulgo recipiuntur, et probantur, quoniam ex Graeca origine ad Graecum exemplum sunt deducta. Sed Latina eodem modo producere ausi nonnulli, praestantissimorum scriptorum auctoritate moventur a quibus habemus: Plumbaginoides, Valerianoides, Agrimonioides, Ficoides, Scirpioides, Ricinoides, Tribuloides. Propter quod neque nostrum Urticoides aequo animo ferent. Hi acutus in nos aliosque convertant ut istos minus mirarer, si Latina vocabula longe a Graecia radices agere indicarent. Quod deus nostra bent, nihil magni fecisse opinor. Pleraque quae Latini usurpant, adeo profunde in Graecis agris radicantur, ut Graeca iura etiam in coloniam provocent missa non amittant. Quare si a semen seminoides construerem, et a culter cultroides, a piaculum piaculoides, nota mihi mens forsasse videretur, cum Graeca Graeco modo exhiberem, ut in nostris epistolis declaravi. Propterea nemo vitio vertere

quamvis debet quae cur fiant, ignorat. Nam et Urtica Graecis facile immiscebitur, si ab ὤρω concito, et θίγω tango quis repetat, quod tangentes urtica ardore quodam conficiat. Propterea etiam ἀκαλήφη dicta quia tactu non mitis. His coniectando ita positis, animadvertere licet Urticae nomine genera

